Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

tis tantum adverſus Majeſtatem, vel ſecundum noſtræ Reipubl. faciem, adverſus Imperatorem, Electores, cæterosque Imperij ſtatus, eorumque Conſiliarios, Senatores, ac militum Duces committitur, quia ſunt quaſi pars corporis Principis *l. 5. C. ad L. Jul. M. Clem. paſtorali §. denique & ſeqq. de ſentent. & re judic.* Aur. Bull. *tit. 24.* Jul. Clar. *libr. 5. ſentent. §. læſæ Majeſtatis n. 6.* Tib. Dec. *tract. Crim. libr. 7. 8. n. 5.* Carpzov. *praxi Crim. quæſt. 41. n. 59. & ſeqq.* Hoc eſt, quando aliquis non quidem Reipubl. vel imperantium interitum machinatur, ſed ſibi jus quoddam Majeſtaticum ſine ſuperioris conſenſu tribuit, vel aliud factum ad Principis vel Reip. contumeliam tendens admittit, vel ſola verba injurioſa in ipſos imperantes evomit; non verò ſi Principi maledixerit *l. unic. C. ſi quis Imperat. maledix. l. 3. verb. Hac lege tenetur l. 6. l. 7. §. ult. ff. L. Jul. Majeſt.* Prioris delicti pœna jure communi eſt (1) gladius *l. 5. C. ad L. Jul. M.* (licet Jacobus Gothofredus in ſingulari diſcurſu ad hanc legem, eam de perduellionis crimine non eſſe intelligendam, contra vulgarem ſententiam eleganter defendit.) Aur. Bull. *tit. 24.* Hodiè illa pæna crebrò exaſperatur, & perduelles in quatuor partes diſſecari ſolent. Conſt. Crim. Car. V. *art. 124.* Carpzov. *prax. Crim. quæſt. 41. n. 94. & ſeqq.* (2) memoria rei planè aboletur, licet judicium demum poſt mortem rei fuerit inchoatum *l. 6. Cod. h.* Aur. Bull. *tit. 24.* in verb. Wir wollen und haben mit dieſen Käyſerlichen Gebothe geſezet. (3) bona rei confiſcantur *l. 5. init. C. h.* Aur. Bull. *tit. 24.* Ord. Crim. *art. 214.* (4.) Filij, non verò nepotes ex paterno delicto infames fiunt, & ab omni ſucceſſione tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quin & dignitatibus excluduntur, quod in filijs hæreditarij vel paterni criminis exempla metuantur *l. 5. §. 1. & 2. C. ad L. Jul. Maieſt.* Aur. Bull. *tit. 24.* Denique voluntas hujus ſceleris, licet nullum effectum habeat, propter atrocitatem punitur *d. l. 5. C. h.* Aur. Bull. *allegat. loc.* In poſteriori delicto ſimplici ſcilicet læſæ Majeſtatis crimine pœna interdum capitalis abſque tamen confiſcatione bonorum, interdum arbitraria, putà fuſtigationis & relegationis præſertim ſi majeſtas injurioſis tantum verbis læſa fuerit, locum habet *vid. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Mai. l. 24. & 40. ff. de pœn. l. unic. C. ſi quis Imperat. maledix.*



Boc-

Boc. *tract. de crim. leſæ Mai. c. 3. n. 1. & ſeqq.* Carpzov. *praxi Cri*
*queſt. 41. n. 119. & ſeqq.* & ita in jure communi conſtitutum. Qu
jus Dithmarſicum attinet, ſecundum jllud nulla diſtinctio in c
mine læſæ Majeſtatis adhibenda eſt, ſed pœna capitalis cum b
norum confiſcatione in omnes hujus criminis Reos æqualiter
conſtituta, ſive illi tantùm conſpiraverint adverſus Principem,
ve perduellio eventum habuerit, ſive denique alio facto ſedi
ſo vel injurioſis verbis Majeſtatem læſerint; quin & adminiſt
hujus criminis eadem pæna comitatur, & qui adverſus Princi
Conſiliarios & Senatores, imò Actuarios, & nuncios aliquid hoſt
ter eſt molitus, ijsque actu damnum intulerit *art. 3. §. 1. & 2.*

II.

Poſtqüam de Crimine omnium ferè atrociſſimo & ipſu
ſtatum publicum concernente actum fuit, ſubnectitur in noſ
Jure Dithmarſico ipſe Proceſſus Judiciarius, ubi conſideran
perſonæ, cauſæ, de quibus controvertitur; modus & ordo, ſec
dum quem, ad confuſionem evitandam, ſingulæ controverſiæ
aminandæ, & dijudicandæ ſunt. Quod perſonas primùm atti
in omni judicio conſiderandas, illæ ſunt vel Principales, vel
ceſſoriæ. Acceſſorias ſilentio ferè præterit jus Dithmarſicum,
ſi quod ſolius Actuarij Judicialis, qui publicis Judicij actis pr
obſervandis, conſignandis, atque cuſtodiendis præficitur, & in
re Dithmarſico ſcriba Germ: Der Schriever appellatur, m
tionem faciat, eumque non prius, quam juramento præſ
ſuo officio admoveri jubet *art. 4. §. 4.* quicum magnam vid
tur habere affinitatem in Jure Civili qui tabelliones ſive ta
larij appellantur *vid. tit. C. de tabul. l. ult. §. 20. ff. de mun. &*
*nor. l. 17. C. de fid. Inſtrum. l. 11. C. qui potior. ſunt. in pign. Novell.*
*& alibi.*

III.

Perſonæ principales ſunt, Judex, Actor, & Reus, de Ac
& Reo iterum ferè ſilet jus Dithmarſicum. Niſi quod de h
duo tantum adducantur, primùm eſt, ne in judicio cum
mis vel gladio cincti compareant, & (2) ne ſe invicem ace

& contumelioſis verbis proſcindant, abſtineant inſuper ab importunis vociferationibus, modeſtiæ in cauſis proponendis ſtudeant, qui contra utrumque egerit, incidit in pœnam 30. marcarum *art. 4 § 6.* De Jure Civili acerbior ferè pœna utrumque delinquentem manet: qui enim in loco, ubi judicium publicè exercetur, cum telo præſtò eſt, fit Reus vis publicæ, atque adeò pœnâ arbitraria putà relegationis, vel alia afficitur *l. 10. init. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* qui verò in licentiam convitiandi, & maledicendi temeritatem in judicio prorumpit, pœnam infamiæ incurrit *l. quisquis 6. § 1. C. de poſtul.* Nihil enim prodeſt ejusmodi anſerinus ſtrepitus, ſed uti Bernhardus alicubi loquitur, ejusmodi vaniloquæ linguæ planè præcidendæ ſunt, *vid.* Carpzov. *Juriſpr. For. part. 1. Conſt. 1. def. 19.* Hodiè in pleriſque judiciorum ordinationibus peculiares Conſtitutiones extant, ut alias nunc prætereamus *vid. Ord. Cam. part. 1. tit. 23. §.* Es ſoll auch ein jedweder Procurator ſchimpffworte *2. & 8.* Käyſerl. Cammerger. gem. beſch. Anno 1537. in verb. umb ſeiner domahls ungeſchickter und ungebürlicher Weiſe fürgewanten Worte willen / in ein Marck ſilber ad burſam pauperum zubezahlen hiemit geſtrafft. Gem. beſch. Anno 1571. d. 12. Iunij. Ferner iſt der gemeine Beſcheid/daß die Procuratores, & paulo poſt ſich gebührlicher beſcheidenheit und gebährden vor Gericht verhalten ſollen / G. b. Anno 1625. d. 21. Junij in verb. Inſonderheit aber ſich mehrern reſpects und Erbarkeiten/als bißhero eine zeitlang geſchehen/ vor dieſem deß Heil. Reichs höchſtem Gericht gebrauchen / ohn erbahre ohn zimbliche gebährden Wort und Handlungen vermeiden / im receſſiren alle ſchimpffliche unnütze Reden vor Cammerrichter unter laſſen.

## IV.

In perſonis judicum tria conſiderat Jus Dithmarſicum. (1) numerum eorum, qui conſiſtit tùm in præſide totius judicij & appellatur Germanicè der Baget / cui olim in urbe Roma Prætores, in Provinciis earum Præſides reſpondebant, *tit. de offic. Prætor. & offic. ff. & Cod. de offic. Præſ.* tùm in octo Conſiliarijs, qui Præſidi adjunguntur, *art. 4. init.* à quibus olim haud erant abſimiles Aſſeſſores *tit. ff. & Cod. de Aſſeſſor.* (2.) undè deſumendi,

di, & ex originarijs ac indigenis eos eligendos eſſe, conſtituit
4. *init.* uth unſem Lande Dithmarſchen gebahren. Sine du
ad id permoti ſunt Autores juris Dithmarſici, quod originarij r
lius noſſe mores & conſvetudines Provinciæ, eosque majori
dulitate ac fide jus adminiſtraturos eſſe, præſumantur, *c.7.& 8.*
*tr. de præſumt.* Ord. Cam. *part. 1. tit. 4.* §. und wo über ſolches / M
ſing. *Cent. 4. obſerv. 30.* In hoc tamen Civile jus paululum à Di
marſico abit, Prætores tantum ex originariis deſumens *l. 2. C*
*Offic. Prætor.* nemini autem ultra quatuor menſes in Patriâ aſſi
re, niſi ex ſpeciali Principis beneficio permittens *l. 38. init. ff*
*quib. cauſ. mai. l. 10. C. de Aſſeſſor.* cum tamen jus Dithmarſicum
mnes Conſiliarios ex Patriâ deſumendos eſſe velit, *a. art. 4.*
Tertium & ultimum, quod circa judicis perſonam jus Dithma
cum conſiderat, eſt juramentum initio officij à ſingulis judici
præſtandum, quod velint, cuilibet, pauperi æquè ac diviti ſec
dum præſcriptas juris Dithmarſici leges ſine ulla doloſâ dilatio
& perſonarum reſpectu ſincerè ac incorruptè juſtitiam admi
ſtrare *art. 4.* §. *1.* Simile juramentum, tùm jur. Civ. tum Camer
quin & ſtatutis ſingulorum judiciorum hodiè adhuc judices in
officij deponunt *l. 14. Cod. de Judic.*

V.

Quod cauſas attinet, de quibus Præſes judicij cum octo
Aſſeſſoribus ſecundum jus Dithmarſicum cognoſcendi & diju
çandi poteſtatem habet, ſunt in univerſum omnes, quibus vel i
Reſpublica læditur, vel unus civis alij injuſtè damnum inferre
let & poteſt, ſive illæ concernant tantum bona civium, ſive exi
mationem ſive corpus & vitam hominis, uno verbo, tàm civi
quam criminales, & ſic judicibus tàm inferior, quàm ſuperior ju
dictio eſt conceſſa. *art. 4. in fin.* Cum tamen de Jure Ci
pleriſque magiſtratibus tantum poteſtas competat, de cauſis c
libus cognoſcendi: merum verò Imperium ſive jus gladii, nul
magiſtratuum uſurpare poſſit, niſi cui hoc ſpecialiter lege datu
& conceſſum fuerit *l. 3. ff. de Jurisd. arg. l. 1. init. &* §. *1. ff. de o*
*ejus, cui mandat. eſt jurisd.*

VI.

Modus verò eſt ordo, ſecundum quem judici in dijudicandis controverſiis progrediendum eſt, & proceſſus juris aliàs vocatur, ſecundum jus Dithmarſicum ſequentia in ſe complectitur 1. ſupplicationem ſive implorationem judicis pro decernendâ citatione, *art. 5. §. 2.* Cum enim judex per rerum naturam in cauſis civilibus (nam de criminalibus jam non loquimur, cujuslibet enim boni & gravis magiſtratus partes ſunt, provinciam malis hominibus purgare, atque adeo ſine ullâ accuſatione adverſus homines facinoroſos proceſſum inquiſitorium inſtituere *l.3. & 13. ff. de offic. præſid.*) neminem citare, aut vocare poſſit, niſi ſit, qui de alterius injuria conqueratur, ejusque officium imploret *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect.* Optimè in jure Dithmarſico eſt conſtitutum, ut Actor, qui juſtam conquerendi cauſam ſe fovere arbitratur, judicem competentem adeat, eumque petat, ut reum citari curet & hic quaſi primus actus exiſtit, quemadmodum de jure civili ita & in proceſſu juris Dithmarſici ſemper obſervandus *§. ult. Inſtit. de pœn. tem. litig. art. 5. §. 2.* Gail. *libr. 1. obſerv. 48. n. 2.* Imploratione judicis factâ 2 citatio decernitur, in qua utroque tùm civili, tùm Dithmarſico jure & conceptio & executio conſideranda erit. In conceptione citationis requiritur (1) ut nomen judicis & partium litigantium hoc eſt actoris & rei exprimatur; citatus enim ſcire debet, utrum ſit judex cōmpetens, à quo fuerit citatus, quin & ipſum actorem cognoſcere, ut ſecum deliberare poſſit, utrum contendere vel cedere malit Gail. *libr. 1. obſerv. 48. 49. 50.* (2) In citatione debet exponi cauſa *cap. 2. extr. de delat.* Gail. *l. 1. obſerv. 51.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 85.* vocatus enim inſtructus & paratus ad judicium venire, atque adeò cauſam intelligere debet, cur citetur. Ordin. Cam. *part. 3. tit. 12.* §. und ſollen in ſolchen Ladungs-brieffen 3. Continere (3) debet locum & diem *l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam. l. 5. Cod. quomod. & quand. judic. l. 2. ff. ſi quis in jus voc.* Gail. *l. 1. obſerv.* §. 2. & §. 3. de jure Dithmarſico proximus dies juridicus inſeritur *art. 4. §. 2.* vel quatuordecim dies à tempore inſinuationis numerandi pro termino præfiguntur. Conſtit. Reg. Dan. *Anno 1642. §. 8.* Quod verò executionem citationis ſpectat, illa præcipuè conſiſtit

ſiſtit in ejus inſinuatione, quæ jure communi & ſecundum conſ
tudinem plerorumque judiciorum per nuncium vel miniſtro
pſi reo, vel eo latitante ad domum ejus, uti loquuntur, fieri c
ſvevit *l. 4. §. 5. ff. de damn. infect. l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam.* q
rum relationi eam nimirum legitimè factam eſſe, plena fides
betur. *l. 5. §. 13. in verb. dareq; viatorem ff. de reb. eor. qui ſub. tut.*
*curat.* Gail. *1. obſerv. 54. n 4.* In jure Dithmarſico hoc ſingul
obſervandum venit, inſinuationem ipſi reo, vel ſi ſui copiam
facit, ad domum ejus, non per nuncium, ſed per duos fide dig
homines, ibique bona immobilia poſſidentes faciendam eſſe,
de factâ inſinuatione, ſi forſan reus eam inficiari velit, in judi
juratò teſtari poſſint. *art. 4. §. 3.*

VII.

Citatione ita legitimè impetratâ ac inſinuatâ, demum a
jure Dithmarſico nanciſcitur poteſtatem reum conveniendi, &
bellum adverſus eum conficiendi. quem tertium quaſi actum p
ceſſus juris Dithmarſici nunc nobis appellare licebit. *art. 4. §. 7.*
jure tamen communi & præcipuè noviſſimo ſupplicationi pro
petrandâ citatione ipſum factum nervosè & diſtinctim inſeri, ve
bellus ei ad minimum ſeparatim annecti debet, ſub pœnâ de
gandæ citationis & proceſſus Rec. Imper. *1654. §.* dieſem nechſt
beym dritten Hauptpunct. *34.* Hiſce omnibus peractis ſi Reus
non comparet, neque juſtam ſuæ abſentiæ vel contumaciæ c
ſam allegare poteſt, acerba ei pœna nimirum Banni jure Dithm
ſico injungitur, nec prius ab eâ liberatur, quàm ſi ignoſcentia
delicti à magiſtratu impetraverit, actori fuerit reconciliatus, eo
nomine inſtrumentum à magiſtratu acceperit *art. 5. §. 7.* Ead
pœna jure antiquo Camerali contumacibus infligebatur, Or
Camer. *part. 3. tit. 52. §. 1. & 2.* Quæ tamen poſtmodum tanqu
nimis atrox & ſevera fuit abolita, & jure noviſſimo actori tantu
permittitur adverſus Reum contumacem in causâ principali
procedendi, quin & actor, licet Reus contumax vincat,
expenſas refundere haud tenetur, R. J. *1654. §.* Würde hiera
*36. in fin.* Jacob Blum. *Proc. Cam. tit. 66. th. 54. & 67.* De jure ci
actor in bona contumacis rei tàm ex primo, quàm ſecundo decr

ſi ille in ſua contumaciâ perſeverat, mittitur *l. 53. §. 1. ff. de Re judic. l. 19. ff. de in jus voc. l. 2. init. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ.* Quæ contumaciæ pœna etiam adhuc hodiè in nonnullis inferioribus judiciis ſolet eſſe uſitata, *vid.* Fürſtl. Braunſchw. Hoffger. Ord. *tit. 66.* Hodiè an adhuc pœna banni propter contumaciam in Dithmarſiâ dictetur, non immeritò dubitamus, propter Conſt. R. Dan. *1642.* §. Weil aber 9.

## IIX.

Quod ſi verò Reus ſe ſiſtat, & actioni propoſitæ negando actoris intentionem reſpondeat, hoc eſt, litem negativè conteſtetur, qui eſt actus quintus in proceſſu juris Dithmarſici obſervandus, probatio actori injungitur, inque eum finem (6) ipſi à judice terminus probatorius præfigitur, intra quem intentionem ſuam vel teſtibus vel inſtrumentis ſufficientibns corroboret. *art. 4. §. 8.* Atque in eo jus Dithmarſicum cum Civili omninò concordat. Hoc enim cuivis actori aliquid aſſerenti, niſi præſumtionem pro sè allegare poſſit, onus probandi injungit. *l. 2. l. 21. ff. de probat. l. 8. l. 23. Cod. eod. §. 4. Inſtit. de legat.* Non tamen Reus ſemper ab onere probandi immunis evadet, ſed ſi in exceptionibus ſuis aliquid affirmaverit, eidem oneri, tàm de jure civili, quàm Dithmarſico erit obnoxius, in ijs enim actoris partibus fungitur *l. 19. init. ff. de probat. l. 1. ff. de except. art. 4.* §. *9.* Quin & in hoc accuratè conſpirat utrumq; jus, ſi Reus vice verſa juſtam de Actore conquerendi cauſam habeat, ipſi integrum eſſe, actorem coram eodem judice reconvenire, licet actor iſtius magiſtratus jurisdictioni non ſit ſubjectus, cum actor cogatur ibi excipere actiones, ubi ipſe actionem inſtituit *l. 22 ff. de judic.* idque perquam utiliſſimè in utroque jure ad amputandas litium ambages, & ſumtus minuendos conſtitutum eſt, & vocatur mutua petitio ſivè vulgò reconventio (die Wieder- oder Gegenklage) *l. 11. §. 1. ff. de Iuriſd. l. 15. ff. de except. rei judic. l. 1. §. ult. ff. quæ ſine appellat. l. 14. C. de ſentent. & interlocut. omn. jud. Novell. 96. c. 2.* Ord. Cam. *part. 3. tit. 30. art. 4.* §. *10.* & ijdem actus, qui in primo, etiam in hoc reconventionis proceſſu obſervandi erunt. *art. 4. §. 10.*

## IX.

Cum in poſitione antecedenti dictum fuerit, non tantù[m] ab actore intentionem, verùm etiam à reo exceptionem acto[ris] intentioni oppoſitam, probandam eſſe, idque præcipuè mo[dis] probandi inartificialibus teſtibus ſcilicet, & inſtrumentis fieri p[oſ]ſe, non ineleganter jus Dithmarſicum aliquid ſubnectit de hac [u]traque probandi ſpecie, & exorditur primum à teſtibus, ubi con[ſi]derandum erit, quinam ſint habiles nec ne, ad teſtimonium [di]cendum, inque eo accurata videtur juris civilis & Dithmarſici e[t] convenientia. Quicunque enim & volunt & poſſunt veritate[m] eloqui tempore teſtimonii dicendi *arg. l. 2. ff. de teſtib* Brunn. *a[d l.] 2. ff. de teſtib n. 8.* illi utroque jure ad teſtandum admittendi erun[t], quales ſunt, homines inculpatæ ac honeſtæ vitæ, qui perfectæ [æ]tatis ac judicii integri exiſtunt, nec ſeſe à veritatis tramite, v[el] propter conſanguinitatis vel affinitatis vinculum dimoveri pa[ti]untur, & ab omni affectu iræ, odii amoris alioque ſunt vacui, e[o]rum enim fides non videtur vacillare *l. 1 2. 3. init.* §. *5. l. 5. 6. 9. ff. [de] teſtib. l. 6. C. eod. art. 5.* Jur. Dith. *init.* Et, ſi nolunt, cogi poſſun[t] *c. 1. extr. de teſtib. cog. vel. non. l. 16.* quæ tamen non habetur p[oſt] authenticâ *l. 19. C. de teſtib. arg. l. 8. ff. de teſtib.* tum ne veritas o[c]cultetur *c. 1. extr. de teſtib. cog. vel non.* tum quia teſtimonium pe[r]hibere eſt quaſi munus publicum; ad quod ſubeundum aliqu[is] cogi poteſt, Gail. *libr. 1. obſerv. 100. n. 2.* jure communi mandat[is] pœnalibus compelluntur, jure Dithmarſico teſtes teſtimonij dicti[o]nem recuſantes ſub pœnâ quindecim Marcarum citantur: ſecu[n]da vice pœna illa duplicatur; quod ſi & tertiâ vice citati haud com[]pareant, incurrunt pœnam banni *art. 6. init. §. 1. & 2.*

## X.

Nonnullæ tamen perſonæ à teſtimonio dicendo utroque j[u]re tàm civili quàm Dithmarſico excuſantur, quales ſunt, int[er] quas conſanguinitatis vel affinitatis vinculum intercedit, & ſic ne[c] parentes contra liberos, nec liberi contra parentes, & porrò n[e]mo contra ſocerum, generum, privignum, vitricum ad teſtimo[]nium dicendum cogi poteſt, quod & ad ſponſum filiæ extenditu[r]

*l. 4*

*l.4.5.ff. de teſtib. l.6. C. eod. art. 10. Iur. Dith.* Nec aliter ſe res habet cum domeſticis & mercenarijs noſtris, Germanicè die Brödtlinge/ *l. 24. ff. de teſtib. l. 3. C. eod. c.24. extr. h.t. art. 10. §.1. Iur. Dith.* quin nec ſubditi ut contra ſuperiorem teſtimonium proferant, cogi poſſunt, *arg. l. 7. ff. de teſtib. art. 10. §. 1. Iur. Dithm.* niſi eo caſu quo veritas aliter haberi nequit, nec alia ad eruendam veritatem probatio adſit *l. conſenſu 8. §. 6. C. de Repud. arg. l. 7. ff. de teſtib.* tum enim noſtris moribus vinculum juramenti & ſubjectionis hiſce perſonis & ſolet & debet remitti quoad præſentis examinis actum, Carpzov. *Iurisp. For. part. 1. conſt. 16. def. 64.* Rutger. Rul. *de Commiſſar. part. 1. libr. 5. c. 11. art. 10.* §. *2. Iur. Dith.* Quod ſi teſtis propter valetudinem in judicio comparere nequit, examen in ipſius ædibus per duos Aſſeſſores, quibus Actuarius Iudicij adjungitur, inſtituendum erit. *arg. l. 15. ff. de jurejur. art. 11. Iur. Dithm.*

XI.

Contra. Quicunque ſunt infirmæ ætatis, judicii imperfecti, nec ſenſus corporis integros habent (de eo enim teſtari debent, quod ſenſu corporeo perceperunt) aut propter notam vel infamiam vitæ ſuſpecti fiunt, nec ab affectibus vacui exiſtunt, illi utroque jure civili & Dithmarſico inteſtabiles ſunt, & à teſtimonio dicendo arcentur, cum eorum fides maximè vacillet *l. 1. ff. de teſtib.* tales autem ſunt, qui judicio publico damnati ſunt *l. 3. §. 5. vid. l. 21. ff. eod. l. 20. ff. de teſtib. art. 5. §. 1. Iur. Dithm.* (2) furioſi, (3) cœci, (4) ſurdi, illi enim de viſu, hi de auditu deponere nequeunt *vid. c. 37. X. de teſtib. art. 5. §. 2.* (5.) Impuberes *l. 3. §. 5. ff. de teſtib.* (6.) minores 20. annis, jure quidem civili in cauſis criminalibus non admittuntur, in civilibus probant. *arg. l. 20. ff. de teſtib.* Jure verò Dithmarſico, qui nondum compleverunt annum 18. neque ætatis veniam impetrarunt, tàm in civilibus, quam criminalibus cauſis ſunt inteſtabiles *art. 5. §. 2.* (7.) Qui in propria cauſâ teſtari velint *l. 10. ff. & C. de teſtib. art. 5. §. 3.* (8.) Qui in parentum vel liberorum ſuorum cauſâ teſtimonium dicunt *l. 9. ff. de teſtib. l. 6. 7. C. eod. art. 5. §. 3.* tum quia Patres cum filijsfamilias pro una perſonâ habeantur, & vox Patris videatur eſſe

vox filij §. 4. *in fin. Inſtit. de inutil. ſtipul. l. ult. Cod. de impub. & a* *ſubſtit.* tum quia illis imperari poteſt. *l. 6. ff. de teſtib.* tùm deniq quia in re ſuâ teſtes quaſi eſſe intelliguntur. *l. 10. ff. de teſtib.* (9.) D meſtici teſtes, & qui in eadem familiâ degunt *l. 24. ff. de teſtib.* *C. eod. c. 24. extr. c. 24. art. 5. §. 5. Iur. Dithm.* niſi aliter veritas h beri nequit *l. conſenſu 8. §. 6. C. de Republ.* (10.) Qui eſt inimicus adverſus quem teſtimonium fertur *l. 3. init. ff. h. art. 5. § 5.* (11.) Q parem cauſam in judicio habent *art. 5 §. 5.* (12.) Qui ultrò ſe teſtimonium dicendum offerunt §. *6. art. 5.* Non tamen dicim de jure civili opus eſſe, ut teſtes ad teſtandi actum rogati fueri *l. 11. ff. de teſtib.* Neque hoc correctum per Auth. Rogati *C. de t* *& Novell. 90. c. 2.* Proſp. Farin. *de teſtib. quaſt. 62. n 131.* Dn. Bru *ad Auth. Rogat. C. de teſtib.* Satis de perſonis teſtium.

XII.

Modus ſecundum quem in jure Dithmarſico examen in tuendum eſt, non videtur multum abire ab uſu fori in pleriſq Germaniæ judiciis uſitato. Nam producens teſtes (1) eoru nomen judici exhibere debet *art. 7. init.* Quo facto, judex ( citationem adverſus teſtes decernit, iisque mandat, ut proxima j ridicâ (quod eſt ſpatium 14. dierum *vid. art. 16. in fin. init.*) in j dicio compareant, ſuæque ſcientiæ teſtimonium proferant. *arg* *3. §. 3. ff. de teſtib. c. 1. 3. X. de teſtib. cog. art. 7. §. 1 Iur. Dithm.* Qu & pars litigans (3) adverſus quam teſtes producuntur, ſimul tanda erit, ad videndum produci, recipi & jurare teſtes, *art. 7 §* (4.) Quando dies examini præſtitutus advenit, & producens ſtes unà cum ijs præſtò eſt licet adverſarius contra quem prod cuntur, emanſerit, *Novell. 90. c. 9. Auth, ſed & ſi quis. C. de teſtib. a* *7. §. 9.* prævià tamen ſeverâ admonitione de pœnâ perjurij, teſt juramentum, quod vocant, teſtimoniale, der Zeugen Eyd/in ut uſque vel præſentis partis conſpectu præſtare coguntur, absque h enim nulla fides eorum dictis habenda erit. *l 9. init. C. de teſt. c.* *§. 1 X. de teſtib. art. 7. §. 3. & 5.* Quo præſtito partes (5) ſecedun & judex ſingulos ſeparatim & diligentiſſimè examinare, & ſuæ ſ entiæ cauſam, utrum viſu, auditu, vel quo alio modo percep rint, accuratè ex ijs quærere debet *cap. 37. & 52. X. de teſtib. art. 7.*

*4. &*

*4. & 6.* de alieno tamen facto cujus ſcientiam non habent, non ſunt interrogandi. *art. 7. §. 7.* (6.) Denique teſtium depoſitiones à Secretario judicij diligenter ſunt conſignandæ, quomodo autem illa conſignatio jure noviſſimo fieri debeat, videre licet ex Rec. Imper. *1654. §. 52. in fin.* & demum ipſi teſtes impoſito prius ipſis ſilentio dimittendi ſunt, §. *8. art. 7.* Quod ſi nihilominus partibus teſtimonia prodant puniuntur *l. 16. ff. de teſtib.* Interdum producens teſtes intra terminum præfixum ob legitimum impedimentum in judicium venire nequit, & in tempore termini prorogatio impetranda eſt, aliàs à præſenti teſtium productione excluditur. *art. 7. §. 10.*

## XIII.

Non verò excuſandi ſunt teſtes alienæ jurisdictioni ſubjecti: hi enim per ſubſidium juris implorato loci illius judice, examinandi erunt, quod ſequenti modo utroque jure civili & Dithmarſico fieri conſvevit; judex litis articulos, ſuper quibus extranei teſtes interrogandi ſunt, judici competenti tranſmittit, eumque petit, ut de tranſmiſſis articulis eos diligenter interroget, eorumque depoſitiones ritè conſcriptas ſigillo obſignatas ipſi remittat. *l. 18. auth. apud eloquentiſſimum ſeq. C. de fid. Inſtrum. Nov. 90. c. 5. c. cauſam 37. X. de teſtib. art. 9. Iur. Dithm.* Gail. *libr. 1. obſerv. 96.* Quemadmodum autem in jure civili ita & Dithmarſico duo ad minimum teſtes in negocio aliquo plene probando adhibendi ſunt *l. 12. ff. de teſtib. l. 9. §. 1. C. eod. art. 8. init.* Unius autem fide digni depoſitio ſemiplenè tantum probat, ita tamen, ut, ſi poſtmodum accedat juramentum ſuppletorium, habeatur, ac ſi plenè probatum fuerit. *vid. c. ult. in fin. X. de jur. jur. l. 31. ff. de jurejur.* Carpzov. *part. 1. Conſt. 23. def. 3.* Hillig. ad Donell. *l. 24. cap. 19. lit. D. art. 8. §. 1. 2. 3. Iur. Dithm.*

## XIV.

Non ſolum autem teſtibus ſed & inſtrumentis, tam actor intentionem, quam reus exceptionem ſuam utroque jure civili & Dithmarſico probare poſſunt, cum fides inſtrumentorum in plerisque negocijs *vid. l. 17. C. de fid. inſtrum.* eandem ac teſtium depoſitiones vim obtineant *l. 15. C. de fid. inſtr. art. 12. princ.* Ut autem illa probent.

neceſſe

neceſſe eſt, utroque jure, ut in forma authentica ſive Originali
cuti id appellant, non verò exemplis ſive Copeyen (Abſchrifften
cet illa de jure Dithmarſico à Notario ſubſcripta & auſcultata f
rint, exhibeantur, & in judicio producantur *l.2.ff. de fid. inſtrum.*
*extr. jud. l.5.ff. famil. ercisc. vid. l.7. C. de edend. art.12.*§.2. Mynſing c
*6. obſerv.73.* Ea inſuper adverſæ parti ad recognoſcendam man
& ſubſignationem inſpicienda à judice dentur, ne via ipſi præ
datur fidem inſtrumentorum infringendi, eorumque defectu
ſtendendi *art.12. §. 2.* Pariter ac teſtium examine peracto, atte
tiones in judicio publicandæ ſunt, ut ei, contra quem teſtes fue
producti, integrum ſit, vel ſtatim, & ut vocant, ſtante pede ear
fidem excipiendo, impugnare, vel earum deſcriptionem & copi
tantùm petere, & diſputationem de atteſtationibus ſuſcipiend
in proximam juridicam differre *art.12. §. 3. vid.* Jll. Um. *diſput*
*proceſſ. 16. th. 14.* Hæ autem de atteſtationibus inſtitutæ diſpu
tiones. Jure Dithmarſico, vel quatuor, vel ſex ſcriptis *art. 12. §.*
Camerali antiquo quatuor putà deductione probationis, exce
one, replicâ & duplica Ordin. Cam. *part. 3. tit. 25. princ.* Hodie
vero & noviſſimo jure duobus, exceptione ſcilicet & replica a
tium ambages eò melius amputandas, includendæ ſunt. R. J. *165*
und demnach 56. & §. ebenmäſſig auff ſolche 57.

## XV.

Quando igitur aliquis in judicio convenitur, vel de debito
ſolvendo vel de reſtitutione damni dati, actor, uti in præcede
bus dictum, intentionem ſuam aut teſtibus aut inſtrumentis re
lariter probare tenetur *§.4. inſt. de legat. l.8. l.23. C. de probat.*
*13 init.* qua plenè probata, reus nullo ſe juramento purgare &
berare poterit. *art. 12.* §. *1.* niſi actori probationes deficiant, 
caſu ipſe jure Dithmarſico ad extraordinarium & ſubſidiarium p
bandi modum confugere reoque ſuper controverſia mota ju
mentum deferre poterit *art.13.*§. 2. inque eo accuratè cum jure
vili convenit *l.35. princ. C. eod. l. fin. Cod. de fideicom. l. fin. §.20. C*
*jur. delib.* delatum verò juramentum, niſi cauſâ cadere velit, r
vel præſtet, vel actori referat *l. 34. pr. §.6. l.38. ff. de jur. jurand. l*
*§.1. C. eod. art. 13. §. 2. Iur. Dithm,* modo prius actor jurament
defer

deferens de calumniâ juraverit *l. 34. §. 4. l. 37. ff. d. jur. jur.* Quin & Actor, ſi ipſi relatum eſt juramentum præſtare tenetur, aliàs enim Reus ab actione abſolvitur *art. 13. §. 2. in fin.* Huic autem ſubſidiario probandi modo, qui fit per juramenti præſtationem, utroq; civili ſcilicet & Dithmarſico jure ideo tanta fides adhibetur, quod omnes ſaniores gentes hæc de divino numine ex ipſo lumine rationis ſcire & poſſint, & debeant, illud 1. eſſe perfectum atque adeò 2. omniſcium 3. juſtum 4. omnipotens, ex quo neceſſariò fluit numen illud probos præmijs; improbos, quales etiam ſunt perjuri, acerbis pœnis eſſe affecturum (vult enim hoc tanquam juſtum; poteſt, quia eſt omniſcium atque omnipotens) Nemo igitur eò improbitatis procedere creditur, ut perjurijs & invocatione Divini numinis falsò facta, divinam iram certo certius adverſus ſe provocare velit, eamque ob cauſam huic veritatis viæ communi gentium conſenſu unicè inſiſtitur, ſi aliæ probationes deficiant.

## XVI.

Sextus actus in proceſſu juris Dithmarſici conſiderandus, in eo conſiſtit, quod judex cum Aſſeſſoribus probatione hinc inde ab Actore & Reo facta, vel juramento loco probationis præſtito, acta & probata circum ſpectè penſitare, & ex ijs ſententiam conficere debeat, eamque in ſcripturam redactam ab Actuario ſive Secretario in judicio partibus præſentibus, prælegi curet. *art. 14. init.*, quæ omnia etiam de jure communi, tum in concipienda, tum in publicanda ſententiâ accuratè obſervanda ſunt. *l. 6. §. 1. ff. de offic. præſ. l. 47. init. de re judic. vid. l. 2. 3. C. quomod. & quand. judic. l. 2. 3. & auth. ſeq. C. de ſentent. ex vel pericul. recitand.* Gail. *1. obſerv. 109.* Hillig. ad Donell. *lib. 23. c. 2. lit. A.*

## XVII.

Sententia ita ritè lata licet partes in illa acquieſcant, & eam in rem judicatam tranſire patiantur, ſi tamen condemnatus ſententiæ latæ ſponte ſuâ obtemperare recuſat, ne judicia eluſoria reddantur, executioni illa demandanda erit, *l. 1. pen. & ult. C. de exec. rei. judic.* Quæ executio eſt ſeptimus actus finito demum pro-

ceſſu in jure Dithmarſico perpendendus, illa autem à judic
implorationem partis factam decernitur §. 2. art. 14. ita quidem
in actionibus realibus exmiſſione facta, ita lubet cum practici
qui, Actor in rei petitæ & per ſententiam adjudicatæ, ſi adhuc
tet, poſſeſſionem mittatur, æque ac in jure civili hoc fieri con
vit §. 2. art. 14. l. 1 ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. ubi interdum
nu militari res auferenda & Actori tradenda l. 68. ff. de R. I. In
ſonalibus verò actionibus uti ſi debitum ſit ſolvendum, vel
mnum aliudve reſarciendum, pignora ex bonis condemnati
quantitate debiti autoritate judicis utroque jure Civili & Dith
ſico capienda ſint. l. 15. §. 2. & ſeqq. ff. de Re judic. l. 1. 2. & tot.
C. de execut. rei judic. art. 14. §. 3. in quibus tamen capiendis
ordo obſervandus, ut initium fiat à mobilibus; iſtis deficientib
poſtea immobilia capiantur & diſtrahantur; & tandem in ſubſ
um ad jura & nomina deveniatur l. 15. §. 2. & ſeqq. ff. de re judi
4. art. 14.

## XIIX.

Quod ſi autem unus vel uterque litigantium in ſente
lata acquieſcere nolit, verùm intra decendium (tempus fatale
re tàm communi, quàm Dithmarſico interponendæ appellat
præſtitutum art. 14. §. 2. auth. hodiè C. de appell. & conſult. No
23. c. 1. c. 28. 2. §. 6. cap 36. de appell. in 6to. Ordin Camer. part.
99 à ſententiâ lata ad ſuperiorem & ipſum Judicium Aulicu
provocet l. ampliorem 39 C. de appellat. art. 15. init. Conſiliarij qu
primum litigantes citari curent, deque appellationis cauſa co
ſcant, ſique eam inveniant juſtam, ſententiam in priori inſta
latam corrigant, vel ſi appellatio frivolè interpoſita eſt, prio
confirment, eamque judici à quo, ad exequendam remittant.
15. §. 1. & in hiſce ferè omnibus iterum juris civilis cum Dithn
ſico videtur eſſe accurata conſenſio l. 32. §. 2. C. de appellat. C
lib. 1. obſervat. 131. Mynſing. 4. obſerv. 46 Dn. Hahn. in obſerv
VVeſenb. ad tit. de appell. num. X. in fin. niſi quod fatale in
ducendæ appellationis in jure Dithmarſico ſilentio præter
tur, cum tamen de jure communi noviſſimo, illud ſp
ſex menſium includatur præterquam ſi ex juſta cauſſa pr

gatio fuerit impetrata R. I. *1654.* §. So dann ſoll ſich *Appellans 67.*

XIX.

Quemadmodum porrò ex conſvetudine ſingulorum locorum certa tempora litigantibus præſcribuntur, intra quæ cauſæ ſuæ defenſionem in judicio proponant, & termini judiciales appellari conſveverunt, ita & Dithmarſico jure tempus illud ſpatio quatuordecim dierum eſt circumſcriptum *art. 16. init.* niſi dies divino cultui conſecrati, vel meſſis incidat *art. 16. init. & fin.* utrumque enim tempus à negocijs judicialibus tàm jure civili, quàm Dithmarſico regulariter debet eſſe vacuum *l. 1. ff. de fer. l. 2. l. 5. 7. l. 11. init. §. C. eod.* ne divinus cultus impediatur, & occupati circa rem ruſticam fructusque colligendos non ſine magna rei familiaris jacturâ in forum compellantur. *l. 1. ff. de fer.* & quidem ex jure Dithmarſico ſecundum Proceſſum hactenus explicatum dijudicandæ ſunt res & cauſæ majoris momenti; quod ſi verò de causâ viliori & exiguâ contentio quædam exoriatur, præſertim ſi litigantes in re tenui ſunt conſtituti, celeriter ac ſummariè eſt cognoſcenda atque finienda, *art. 17.* non aliter ac jure communi multæ controverſiæ ſummariè pertractandæ ſunt *clement. ſæpe contingit 2. de V. S. vid* Ord. Cam. *part. 3. tit. 3.* Denique ſi Actori denegatur vel protrahatur juſtitia, eâ de re apud ſummum iſtius provinciæ præfectum conqueri debet, isque tenetur judici mandato compulſoriali celerrimam juſtitiæ adminiſtrationem injungere. *art. 18.* de jure communi ob eam cauſam ad judicem ſuperiorem imò ipſam Cameram Spirenſem permiſſa eſt provocatio. Ord. Cameral. *part. 2. tit. 26.* §. *fin.* R. I. *1566.* §. Nach dem denen Partheyen *log.* Mindan. *de mandat. c. 53. n. 5.*

# CAPUT SECUNDUM.

## In quo de Tutelis, Succeſſionibus, matrimonijs, eoque pertinentibus materijs agitur.

I.

CUm natura quam maximè intendat in ſocietate paterna, ut liberi

liberi impuberes perfectæ rationis uſu deſtituti, tamdiu à P
rentibus regantur, atque educentur, donec ad maturitatem ju
cij, eamque ætatem pervenerint, ut ſibi ipſis conſulere quea
ſuisque Parentibus quaſi ſimiles i.e. patresfamilias facti fuerint.
rentes verò immaturâ morte abrepti, impoſitum ipſis à naturâ
ficium ſæpius deſerere cogantur, ipſi naturali juri conveniens
ut illi, qui perfectæ ætatis non ſint, alterius tutela regantur
*Inſtit. de Attil. tutor.* iisque præficiantur nonnulli, qui Parentu
vicem ſubeant, eorumque tàm perſonis, quàm rebus conſultum
ant; præſertim cum Reipubl. multum interſit, ejusmodi c
imperfectos probè educari, nec imprudenti quadam bonor
adminiſtratione ad paupertatem redigi Ariſt. *libr. 8. Polit. c.*
illi dicuntur tàm jure civili, quàm Dithmarſico tutores. I
tamen quoad vocabulum tutorum, in utroque jure differe
intercedit; quod Germanicum illud die Vormünder in jure D
marſico non tantum tutores, verum etiam Curatores, qui a
jure Civili diverſi ſunt, ſub ſeſe comprehendat *art. 19.* De hiſce
tem tutoribus tria præcipuè jus Dithmarſicum proponit; prim
eſt, quid in tutorum conſtitutione, obſervandum ſit. Secundu
in quonam eorum conſiſtat munus & officium. Tertium d
que, quomodo illud ipſum munus iterum finiatur. Quod
mum attinet, initium facit jus Dithmarſicum *in art. 19.* à pe
narum enumeratione, quibus tutores vel curatores dandi ſ
quas ſequenti propoſitione haud incommodè includemus. C
cunque vel propter infirmam ætatem, vel propter animi &
poris morbum non habent legitimam perſonam ſtandi in judi
neque liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, illis tàm jure
vili, quàm Dithmarſico dandi ſunt tutores aut curatores, §. *6. In*
*de Attil. tut. init. §. 2. Inſtit. de Curat. l. 1. ff. de tutor. l. 2. C. qu*
*git. perſ. ſtand. in judic. arg. l. 54. ff. de re judic. Art. 19. §. 1. jur. D*
*marſ.* Quales ſunt (1) Impuberes tàm maſculi, quam fœmin
*3. Inſtit. de tut.* (2) minores, illi tamen inviti jure Civili Cur
res non accipiunt, præterquam in litem, & nonnullis alijs
bus exceptis *§. 2. Inſtit. de Curat. vid. l. 2. §. 5. ff. qui petant tut.*
*l. 7. C. eod.* De jure Dithmarſico tàm in judicialibus, quàm

trajudicialibus cauſis Curatores ipſis adjunguntur *Art. 19.* §. *1. & 2.* omnia enim à minoribus ſine illis geſta, ipſo jure quaſi nulla ſunt *Art. 19. §. 2.* idem inſtitútum fermè invenitur in Ordinat. Polit. *de An. 1548. tit. 31. & de An. 1577. tit. 32.* §. *1. in verb.* So wollen wir/ *verb.* Daß den Pupillen und minder jährigen Kindern jederzeit/ biß ſie zu jhren Voigtbahren jahren kommen Vormünder oder Vorſteher gegeben werden (3) in jure Dithmarſico, virgines, viduæ, omnesque fœminæ extra matrimonium degentes *art. 19. init. art. 20.* §. *8.* neque enim ſine Curatore in judicio comparere, neque donare poſſunt *art. 20.* §. *8.* (4) furioſi & mente capti *§. 3. & 4. Inſtit. de Curat. art. 19. init.* (5) prodigi juridice tales i. e. quibus propter luxum interdicta eſt bonorum adminiſtratio *§. 3. Inſtit. de Curat. l. 1. ff. de Curat. furioſ.* neque enim tempus neque finem expenſarum habent, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt *d. l. 1. ff. de Curat. furioſ.* Ideoque quoad illa furioſum quaſi exitum faciunt. *l. 12.* §. *2. de tut. & Curat. dan. art. 19. init.* Hæc tamen inſignis inter minores utroq; jure intercedit differentia quod de jure Civili majorennes fiant, ſi vigeſimum quintum, jure verò Dithmarſico ſi octavum decimum egreſſi fuerint. *init. Inſtit. de minor. l. 1. in fin. ff. de min. art. 19.* §. *3. Iur. Dithm. art. 20. §. 9.*

## II.

Qvum verò tutela & cura ſit munus aliquod publicum *init. Inſtit. de excuſ. tut. & Curat. l. 16. l. ult. ff. de tut. l. 5. §. 4. l. ult.* §. *1. ff. de mun. & honor.* In omni autem officio publico præcipuè tria conſideranda ſunt (1) è quibus creentur, iſti officio admovendi (2) à quibus & (3) quomodo Ariſtot. *libr. 4. Polit. c. 15.* hæc tria adhuc ulterius in tutelæ conſtitutione explicanda erunt, & ut exordiamur ab ijs, quinam eligere poſſint tutores, Romani quin & Dithmarſici juris Autores rectam rationem ſecuti, illis primùm conceſſerunt poteſtatem eligendi, qui quam optimè liberis impuberibus tutores eligere & poſſunt & volunt; *Deligere namque rectè munus eſt eorum, qui ſciunt ceu Geometram eorum, qui periti ſunt Geometriæ: & gubernatorem eorum, qui norunt, quæ ſunt propria illius,* uti eleganter ait Ariſtot. *lib. 3. Polit. c. 7.* Atque tales ſunt pri-

 mùm

mùm Patres §. 3. *Inſtit. de tut. l. 1. ff. de tut. teſtam. art. 20. init. I*
*Dithm.* optimè enim volunt ſuis liberis, eos enim tanquam part
ſui tenerrimo amore complectuntur, poſſunt etiã: nam tutores ſu
cedunt quaſi in officio paterno, & patres repræſentant, hi igit
optimè noverunt, quinam ad hoc officium paternum ſuſcipie
dum quàm maximè ſint apti. *vid. l. 33. ff. de adminiſtr. & peric. t*
*l. 12 § 3 ff. eod.* Secundò ſi Pater tutores dare neglexerit, lex tale
poteſtatem habet *l. 11. init. ff. de teſtam. tut.* quia affectibus & pe
turbationibus caret. Ariſtoteles *libr. 3. Polit. cap. 7. & 12. Deu*
*enim imperare jubet, qui legem imperare jubet*, adeoque non pot
non optimè velle impuberibus. Leges autem antiquæ 12. tab
proximis agnatis propter ſucceſſionis commodum, *init. Inſtit.*
*legit. tut. l. 1. ff. eod. l. 73. §. 1. ff. de R. Jur.* Jus verò novum, quia tà
agnatos, quàm cognatos ad ſucceſſionem vocat, utrisque hoc
ficium defert *Novell. 118. c. 4. & 5.* quod ipſum ſequitur jus Dit
marſicum *art. 20. §. 5.* Tertiò denique ſi neque cognati neque
gnati adſunt, eligendi poteſtatem utrumque jus dedit magiſtrat
quia poſt parentes & legem creditur, & poſſe, & velle optimè e
gere, *integ. tit. Inſtit. de Attil. tut. ff. de tut. & curat. dand. I*
*Dithm. art. 20. §. 6.*

III.

Quoniam jus Dithmarſicum ſilentio præterit eos, quina
ad hoc officium eligi queant, neque noſtrum erit illarum perſo
rum enumerationem nunc inſtituere, hoc tamen tribus ut aju
verbis tangendum, quemadmodum Ariſtoteles *libr. 5. Polit. c.*
tria requirit in eo, qui alicui officio ſit admovendus, (1) ut op
mè velit munus adminiſtrare (2) ut poſſit, h.e. ſciat, quæ ad ill
officium rectè perſungendum requirantur (3) ut ſit virtuoſus, h
enim deficiente, priora duo facillimè corrumpuntur, ita & in il
qui tutoris officio rectè perfungi velit, hæc tria quaſi conjuncti
concurrere debent, ut in univerſum dicere queamus; Quicu
que ſunt ejus prudentiæ, ac virtutis, ut non tantùm velint, v
rùm etiam poſſint optimè educare impuberes, & ejus bona adm
niſtrare, illos demum jure communi & Dithmarſico ad officiu
tutelæ ſuſcipiendum, idoneos eſſe. Contrà. In quibuscunque a

qu

quid horum deeſt, illis haud tutò munus tutelæ committitur *vid. init. art. 20. & §. 6. in verb.* tüchtig werden.

IV.

Transgrediendum nunc eſt ad modum, ſub quo tutores ad ſui officij adminiſtrationem admittuntur. Olim de Jure Civili non omnes tutores confirmandi erant *vid. tit. ff. de teſtam. tut. & confirm. tut. §. 3. & ult. Inſtit. de tut.* hodiè verò quivis tutor antequam tutelæ adminiſtrationem in ſe ſuſcipiat, decreto Magiſtratus tàm jure communi, quàm Dithmarſico confirmandus eſt. Ord. Polit. *de An. 1548. tit. 31. §. 2. de An. 1577. tit. 32. §. 2. Ius Dithm. art. 20. §. 1.* (2.) Quivis tutor curare debet ut inventarium ritè conficiatur, in quo omnes pupillorum & minorum res fideliter ſunt deſcribendæ *l. 7. init. ff. de adminiſt. tutor. l. ult. princ. & §. 1. C. arbit. tut. l. 24. Cod. de admin. & peric. tut.* Ord. Polit. *An. 1677. tit. 32. §. 3. Iur. Dith. art. 20. §. 2.* Illud autem à tabulario ſive notario in præſentia duorum ad minimum teſtium, conficiendum eſt, *d. l. ult. pr. & §. 1. C. arbitr. tut. Iur. Dith. art. 20. §. 2.* Omiſsâ inventarij confectione, ſine ulla juſta causâ, tutor ut ſuſpectus habetur, & de jure Civili fit infamis. *d. t. §. 1.* & renetur in id, quod intereſt, atque contra ipſos juratur in litem *l. 7. ff. de adminiſt. & peric. tut.* quod poſterius etiam in jure Dithmarſico invenitur conſtitutum, ipſisq; pupillis, quando ad perfectam ætatem pervenerunt, adverſus tutores jurare permiſſum eſt, *art. 20. §. 3. init.* (3) Jurato promittere debet utroque jure, quod fideliter officium adminiſtrare velit. Ord. Polit. *d. t. art. 20. §. 2. in fin.* (4.) Tenetur ſatisdare & cautionem præſtare, cujus tamen non meminit jus Dithmarſicum, illa hodiè plerumque fit nudâ promisſione, bey Verpfändung aller Haab und Güter *vid.* Dn. Hahn. *in obſerv. ad VVeſenb. tit. Rem pupil. ſalv. fòr. n. 2.* (5.) Singulis annis ſeſe offerre debet ad rationem reddendam Ord. Polit. *1577. §. 3. jur. Dithm. art. 24. §. 6.* cum jure Civili finita demum tutelâ rationes reddendæ ſunt. *l. 1. §. ult. de tut. & rationibus diſt.*

V.

Licet tutela munus & officium ſit publicum, ad quod ſuſcipiendum, quilibet etiam invitus regulariter cogatur, in jure tamen civili & Dithmarſico plures extant cauſæ, quibus

tuto-

tutores ſeſe ab hoc onere excuſant. Aut enim impedimentũ quo prohibentur tutores ab adminiſtratione officij, extra ipſos, a in ipſis exiſtit. Extra ipſos ſi vel privatis, vel publicis negocijs ſu diſtricti; privata negocia vel ſunt propria vel aliena, propria ſu (1) ſi aliquis quinque liberos habeat, *init. art. 21.* De jure ci hodiè, cum ex conſtitutione Antonini omnes ſunt cives effec *l. 17. de ſtat. homin.* tres tantum liberi ad excuſationem indiſtin videntur ſufficere; Hahn *in ſuis obſervat. ad VVeſenb. tit. de excuſ n. 23. verb. numerus. vid. init. Inſtit de excuſat. l. 2. §. 3. & 4. l. 18. ff. e* idque privilegium ideò in Republ. Romanâ numero liberorum buum erat, quia illa perpetuis bellis irretita fuit, adeoque ipſius m tum intererat, ſi cives privilegiis propoſitis accenſi, propagati ſobolis maximè ſtuderent, (3) ſi quis imparem ſe oneri injun propter extremam paupertatem docere poſſit *§. 6. Inſtit. de ex ſat. tut. l. 7. l. 40. §. 1. ff. h. art. 21. §. 6.* nam tempus collocare de in neceſſario victu comparando. Alienum negocium privatu eſt onus trium tutelarum jam actu ſuſceptarum, quæ non à tri diverſis perſonis, ſed patrimonijs æſtimantur, modo non fuerint fectatæ *§. 5. inſtit de execuſat. tut. l. 3 l. 31. §. ult l. 15. l 25. ff. eod. l u C. qui ſe mun. tut. excuſ. art. 21 §. 4.* Interdum una tutela ni diffuſa & negotioſa, pro pluribus eſt, & ſic excuſat *l. 3. §. 4. ff. de ex ſat.* Publica negocia ſunt, officia & munerâ publica, *art. 21. §. 2.* uti adminiſtratio rei fiſcalis *§. 1. Inſtit. de excuſat. tut.* Officium maj magiſtratus *§. 3. Inſtit. de excuſ. tut.* Abſentia Reipubl. ſive lega nis munus *§. 2. Inſtit. h. l. 1. C. ſi tut. Reip. cauſ. l. 41. ff. de excuſat. 21. §. 3. Iure Dithm.* Impedimenta in ipſis tutoribus exiſtentia, oriuntur ex corpore, aut animo. Ex corpore, ſi forſan tutores ti infirma & adversâ valetudine utuntur, propter quam ne ſuis dem negocijs intereſſe poſſunt *§. 7. Inſtit. de excuſ. tut. l. 10. in l. 40. ff. eod. l. unic. Cod. qui num. tutel. ſe excuſ. art. 21. §. 5.* huc ſpectat, ſi tutores conſtituti de jure Civili ſeptuageſimum *§. 13. In de excuſat. tut. l. 2 ff. eod.* de jure Dithmarſico ſexageſimum num compleverint, *art. 31. §. 6* Ex animo profluentia impedim ta ſunt, vel quando intellectus tutoribus deficit, uti fit, ſi ſunt ſin

ces, mente capti, & literas planè neſciunt. §. 8. *Inſtit. de excuſ. tut. vel curat, l. 6. §. ult. ff. eod. art. 21 §. 10.* Quomodo enim illi rationes conficient ad quas tamen conficiendas quilibet tutor eſt obſtrictus, vel quando voluntas eorum eſt depravata ita, ut pupillis ſuis haud benè cupiant, quod fieri conſuevit, ſi cum pupillis litem foveant, vel de omnibus bonis, vel de maximâ eorum parte §. *4. Inſtit. de excuſat. tut art. 21.* §. *8.* aut cum Patre pupillorum capitales inimicitias exercuerunt, nec reconciliati fuerint §. *11. Inſtit. de excuſ. tut. l. 8.* §. *17. ff. eod. art. 21.* § *9.* Ob haſce igitur cauſas tutores juſtè excuſantur, modo de Jure Civili intra 50 dies continuos, ex quo cognoverint ſe eſſe tutores datos, illas propoſuerint, totumque negocium intra quatuor menſes planè peregerint §. *16. Inſtit. de excuſat. tut. l. 13.* §. *1 & ſeqq. l. 38. ff. eod.* In Iure Dithmarſico ſex hebdomadæ ad cauſas excuſationum proponendas & probandas ſunt conſtitutæ §. *12. art. 21.* Demum tutores ſine juſtis excuſationibus tutelæ munus detrectantes, ad id ſuſcipiendum jure Dithmarſico autoritate publicâ & Magiſtratus coguntur §. *13. art. 21.*

## VI.

Quemadmodum porrò cum omni munere publico aliqua poteſtas ſolet eſſe conjuncta, ita nec illa â tutelæ officio abeſt §. *1. Inſt. de tut. l. 1. ff. eod.* inque duobus conſiſtit, alterum eſt, ut tutor perſonæ pupilli proſpiciat, quia perſonæ præcipuè, non cauſæ, vel rei tutor datur §. *4. Inſtit. qui teſtam. tut. l. 2. & 14 ff. de teſtam. tut.* alterum, ut ſtatim in ipſo negocio, â pupillo geſto, ſi hoc ei prodeſſe exiſtimaverit, præſens autoritatem, hoc eſt conſenſum ſuum interponat, §. *2. Inſtit. de autor. tut. l. 9* §. *pen. ff. eod.* In quibuscunque enim negotijs metus ſubeſt ne pupilli obligentur, lædantur, ſuamque conditionem deteriorem reddant, Illa omnia negocia ſine tutoris autoritate â pupillo geri nequeunt, & ſi forſan geſta fuerint, ipſum pupillum non obligant, ſed ejus reſpectu ſunt ipſo jure nulla, niſi forſan ex ijs locupletior fuit redditus, *init. Inſtit. de autor. tut. l. 1. l. 5. init.* §. *1. l. 9. ff. eod. art. 22.* §. *2. & 3. Iur. Dithm.* Qualia ſunt (1) negocia judicialia, ſive pupilli actores ſive rei exiſtant, *init. art. 22.* uti ſententia contra pupillum lata; nam ſi ad eam audiendam tutor non



fuerit

ſuerit citatus, ipſo jure nulla eſt, *art. 22. §. 2.* (2) negocia etia extrajudicialia, uti contractus emtionis, permutationis, locat nis, mutui, mandati depoſiti *init. Inſtit. de autorit. tut. §. 2. I ſtit. quib. alien. lic. vel. non §. 9. ff. eod.* aditio hæreditatis. *Pala de autor. tut. l. 9. §. 3. ff. eod.* In venditione porrò immob lium pupilli, uti ſunt agri, fundi, domus, tutori tria utroq Jure civili & Dithmarſico obſervanda erunt, (1) ut ſubſit gens alienandi neceſſitas, veluti ſi bona pupillis onerôſa vel i utilia ſunt, aut urgens æs alienum ſolvendum *l. 1.3. & 12. Cod. reb. eor. quæ ſub tut. vel. cur. ex. l. 5. §. 9. ff. eod. art. 22. §. 4. 5.* (2) ut Iudex cognoſcat de illa causâ & neceſſitate alienation & de re ipſa alienanda *l. 6. 11. C. d. t. d. l. 5. §. 9. 10. l. 7. §. 3. ff. e art. 22. §. 7.* (3) ut decretum judicis ſolenniter ſit interpoſitu quo confirmetur alienatio *l. 6. l. ult. C. h. §. 7. art. 22.*

VII.

Quod ſi forſan ejuſmodi â tutore alienatio ſine juſta ca facta fuerit, pupillus vel minor ad majorem ætatem perveni vel tutor priori ob ſuſpecti crimen remoto, ſubſtitu rem alienatam, quia illius dominium penes pupillum aut mi rem permanſit *l. ſi minores l. 16. C. de præd. minor ſine decret alienand.* de jure Dithmarſico ſine ullâ pretij refuſione, qui emtor ad tutorem ejuſmodi rem illicitè vendentem regreſſum bet *Ius Dithm. art. 23 §. 4. & 5.* De Jure verò civili non al quam ſi pretium in utilitatem ipſius pupilli verſum reſtituerit, dicare poteſt *l. 14. & l. 16. C. de præd. minor. ſine decret. non aliena* iniquum enim eſt, minorem in lucro verſari, cumque alte jacturâ fieri locupletiorem *l. 14. ff. de condict. indeb.* nec ſuff tamen pecuniam ad minorem perveniſſe, niſi reverâ inde locu tior factus fuerit *l. 27. §. prædium in fin. ff. de minor. l. 5. init. & 2. ff. de autor. & conſenſ. tut. vel curat l. 13. §. quanquam 1. ff. de eor. qui ſub cur.* Sicuti demum Jure Civili tutores pecuniam pillarem fœnori dare *l. 24. C. de admin. tut.* ita & Jure Dithma co tenentur, adhibeant tamen in conſilium propinquos pup vel ſi nullos habet, alios viros prudentes ad id conſtitutos *art. §. 6. & 7.*

IIX.

Finitur officium tutoris & curatoris utroque jure civi

Dithm

Dithmarſico ſi tutor & curator ob crimen ſuſpecti â tutelâ & curâ removeatur, quod fieri ſolet, quando moribus tales exiſtunt hoc eſt non ex fide officiũ ſuum gerunt, ſed vel doloſè vel negligenter nec ea, qua par eſt ſollicitudine munus ſuum adminiſtrant, uti faciunt (1) qui bona pupillorum in proprium commodum convertunt, ijsque veluti prædones incumbunt, nec verentur multùm ex rebus pupillaribus intercipere *l. 3. §. 5. & 15. ff. de ſuſpect. tut. art. 23. init.* (2) qui ignaviâ ac negligentiâ ſua magnam jacturam rebus pupillorum inferunt. *l. 4. §. 4. ff. de ſuſpect. tut. art. 23. §. 1.* (3) qui per fraudem res pupillorum vetitas, hoc eſt immobiles ſine decreto diſtraxerunt, *l. 3. §. 13. ff. de ſuſpect. tut. art 23. §. 4.* Hi de jure Dithmarſico tantum â pupilli propinquis *art. 23. §. 2.* de Jure civili ab omnibus tanquam ſuſpecti accuſantur *l. 1 §. 6. ff. de ſuſpect. tut.* vel ſi magiſtraus ex apertiſſimis rerum argumentis cognoſcat eos ſuſpectos eſſe, ſine accuſatione ab officio repellet, inque eorum locum fideliores ſurrogabit *l. 3. §. 4. ff. de ſuſpect. tut. art. 23. §. 2. & 3. Jur. Dithm.* II. Tutela & cura finitur de Iure Civili, ſi pupilli ad pubertatem; minores ad ætatem majorem pervenerint, hoc eſt, compleverint 25. annum, *init. Inſtit. quib. mod. tut. fin. l. ult. C. quand. tut. vel. cur. eſſe deſin. init. Inſtit. de curat. l. 3. § 3. ff. de minor.* De Iure Dihmarſico, ſi pupilli decimum octavum annum egreſſi fuerint, *art. 24. init.* III. ſi pupilli veniam ætatis impetrarunt, ita, ut bonorum adminiſtratio â Magiſtratu ipſi fuerit permiſſa, quod de jure civili ex juſta cauſa, maſculis vigeſimum annum; fœminis decimum octavum egreſſis conceditur *l. 2. init. & §. 1. C. de his qui ven. ætat. impetrav.* De Jure verò Dithmarſico perſonis ad nuptias animum applicantibus, licet 18. annum nondum compleverint, indulgeri ſolet *art. 24. §. 3.* (4) Denique morte ipſius pupilli utroque jure tutela exſtinguitur, quia tutor perſonæ datur, ea igitur mortuâ, ipſa etiam tutela ceſſat. *§. 3, Inſt. quib. mod. tutel. finit. jungatur §. 4. Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. Iur. Dith. art. 24. §. 12.*

IX.

Ex hoc autem quaſi contractu, qui initur per adminiſtrationem tutelæ *§. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex cont. naſc* tàm Iure Civili, quàm Dithmarſico, finita tutelâ, tutores ſunt obſtricti ad rationes,

reddendas *art. 24. §. 1. l. 1. init. §. 3. ff. de tut. & rat. diſtrah.* offi
enim tutoris incumbit rationes actus ſui conficere, & pup
reddere *d. l. 1. §. 3. ff. h.* Hoc tamen ſimul monendum eſt, (hodie
rante tutelâ illi ſingulis annis Jure tùm noviſſimo, tùm Dithmar
ad rationes reddendas ſeſe offerre debent, & ſi hoc facere neglig
publicâ autoritate ad id cogendi ſunt *Reform. Polit. de Anno 1*
*tit. 32. §. 3. Iur. Dithm. art. 24. §. 6.*) nec (2) tutores aliquid
bonis pupillorum retinere poſſunt, quia ſunt nudi rerum pu
larium adminiſtratores, non diminuendæ, ſed augendæ rei
pillaris gratia dati, ſed ſingula pupillis reſtituere tenentur *l.*
*§. 7. ff. de adm. & peric. tut. art 24. §. 1 & §. 11.* & ſuum offici
regulariter gratis præſtant. *arg. l. 33. §. 3. ff. de adm. & peric.*
(3) reſarcire debent damna dolo, lata & levi culpâ in rebus
pillaribus data; â tutoribus enim & curatoribus eadem d
gentia exigenda eſt circa adminiſtrationem rerum pupill
um, quam Paterfamilias in rebus ſuis ex bonâ fide adhibete
let *l. 33. init. ff. de adm. & peric. tut. l. 1. princ. de tut rat. diſt*
non verò leviſſimam culpam præſtant, quia plerique onus tu
læ inviti ſuſcipiunt *l. 20. C. de negot. geſt.* nec ulla ad ipſos i
redundat utilitas. Quod ſi ſponte obligationi ſuæ ſatisfacere
cuſent, ad illam implendam actione directâ, quæ demum fi
tutelâ competit, coguntur *l. 1. §. ult. l. 4. init. ff. de tut. &*
*diſtrah.*

X.

Quia tamen nemini officium ſuum debet eſſe damnoſ
*l. 7. ff. teſtam quemadm. aper. l. 61. §. 5. ff. de furt.* ideò ſi tutores
ipſam tutelam ex bonâ fide ſumtûs fecerunt, in rem pupilli
quid impendendo, pro eo ſeſe obligando, aut res ſuas credit
bus pupilli oppignorando, vel aliâ ratione uti in education
pupilli aliquid erogando, nam vento vivere nequit *vid. l. 2.*
*fin. C. de alim. pupill. præſtand.* ea omnia utroque jure recupe
re poſſunt actione tutelæ contrariâ *§. 2. Inſtit. de obligat. quæ q*
*ſi ex contract. l. 33. §. 3. ff. de adm. & peric. tut. l. 1. §. 8. & 9.*
*de tut. & rat. diſtrah. l. 1. init l. ult ff. de cont. tut. act. Iur. Dit*
*art. 24. §. 5.* Provocandi enim ſunt tutores hac actione, ut pro
rius de ſuo aliquid pro pupillis impendant, dum ſciunt, ſe
cepturos id, quod impenderint *d. l. 1. init. ff. de contr tut.*
Idem obtinet de Jure Civili & Dithmarſico, tùm circa ratio
redd

reddendas, tùm circa reliquas præſtationes in curatoribus furioſorum, prodigorum, quin & ſolo Jure Dithmarſico in curatoribus virginum & mulierum majorennium *art. 24. §. 13.* Illud enim & hiſce perſonis, ad exemplum juris Saxonici, quod in multis ſequitur *vid. art 135. §. 1. Jur. Dith.* Curatores adjungit. Solet inſuper de Jure Dithmarſico officio tutelæ legitimè finito honorarium aliquod à pupillis tutoribus dari, quia verò interdum contentio quædam inter illos hac de re exoritur, ea, interveniente Judicis autoritate, ſopienda eſt, Jur. Dithm. *art. 24. §. 9. & 10.*

XI.

Quemadmodum porrò Jure Saxonico ita & Dithmarſico maritus ſuæ uxoris eſt tutor legitimus *art. 31. & 45. libr. 1. Landtr. art. 65. Weichb. Jur. Dithm. art. 25.* Ita, ut uxor ſine conſenſu mariti nullum contractum celebrare poſſit, nullam perſonam legitimam ſtandi in judicio habeat, ſed per maritum vel procuratorem ab ipſo datum comparere teneatur *art. 25. §. 1. & 2.* Maritus tamen de Jure Saxonico non aliter pro ſuâ uxore in Judicio agere poteſt, niſi ad id ſpecialiter ſit uxori curator conſtitutus, & curatorium habeat vel de rato caveat Dan. Möll. *libr. 1. ſem. 18. n. 9.* Carpzov. *Jurisprud. for. part. 1. conſtit. 1. def. 31.* hæc tamen mariti curatoris poteſtas, in eo inſigniter eſt reſtricta, quod nullam rem uxoris immobilem ſine ipſius conſenſu vendere, vel ullo modo alienare poſſit, quin & in ejuſmodi alienatione præter conſenſum uxoris, decretum & confirmatio Magiſtratus eſt neceſſaria *art. 25. §. 2. & 3.* & ſic etiam ſatis de tutelâ actum fuit.

XII.

Transgrediendum nunc eſt, ordinem Juris Dithmarſici ſequentes, ad ſucceſſionis materiam; cum verò is, qui diem obit, aut ultimam voluntatem relinquit, aut ab inteſtato moritur, igitur in Jure Dithmarſico de utroque ſuccedendi modo agitur, & primùm quidem, quomodo ex teſtamento ſuccedatur, cum tamdiu ceſſet ſucceſſio ab inteſtato *l. 39. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Quatuor autem de hoc ſuccedendi genere in Jure Dithmarſico proferuntur (1) quomodo teſtamenta condenda ſint, *art. 26.* (2) quænam res per teſtamenta relinqui queant, *art. 27.* (3) quinam teſtamenta condere, vel non poſſint, *art. 26. init. art. 28.* (4) ex quibus cauſis ultimæ voluntates iterum infirmentur

tur, aut rumpantur, *art. 29.* Quoad ſingula breviter jus
marſicum cum Civili conferemus, & quod primum
brum & modum teſtandi attinet, de Jure Dithmarſico ſequ
concurrere debent, ut ultimæ voluntates ſubſiſtant. Te
debet accerſere & rogare Parochum loci, ut unà cum d
teſtibus huic actui teſtandi adſit, *art. 26. §. 1.* (2) illi duo
debent eſſe habiles, hoc eſt, viri integræ exiſtimationis, &
loco, ubi teſtamentum conditur, domicilium habere *art.*
coram hiſce (3) teſtator ſuam ultimam voluntatem, & quid
mortem de bonis ſuis fieri velit, declarare debet, *art. 26.* §.
omnia (4) â Parocho in ſcripturam redigenda ſunt, *art. 2*
quo facto, (5) teſtamentum ipſi teſtatori iterum prælegi,
hanc ſuam eſſe ultimam voluntatem iteratâ vice affirmare
*art 26. §. 4. & 5.* Porrò (6) teſtator unà cum Parocho &
bus teſtamentum obſignare, vel ſi teſtatori ſigillum deeſt, t
ejus nomine id facere debet *art. 26. §. 6. & 7.* Demum (7
Judici competenti â teſtibus tradendum, & tamdiu penes
deponendum eſt, uſque dum, teſtatore mortuo, ad implo
nem hæredum factam in Judicio id publicatum fuerit, *a*
*§. 8. & 9.*

XIII.

Quod ſi jam nos ad Jus Civile convertamus, inveni
quam maximè Illud, quoad modum teſtandi, â Jure Dith
co differre; Jure enim civili omne teſtamentum aut eſt
cum, aut privatum; in publico requiritur, vel ut teſtator
ultimam voluntatem libello ſupplici inſertam, ipſi Principi
ret, & vocatur inſertum; vel tantum apud acta cujuſque
ſtratus, ſive ore, ſive ſcripturâ exponat, & dicitur oblatum
*C. de teſtam.* Privatum vel eſt ſolenne, vel minus ſolenn
lenne iterum, vel ſcriptum, vel nuncupativum. Ad teſta
tum ſolenne ſcriptum (quod non ita frequenter eumque
nem ſolum conficitur, ne ultimæ teſtatorum voluntates ema
*l. 21. C. de teſtam. Ord. Notar. de Anno. 1512. tit.* von teſtamente
requiritur (1) heredis inſtitutio, veluti caput atque funda
tum omnis teſtamenti §. *34. Inſtit. de legat.* (2) illud debe
in ſcripturam redactum, perindè autem eſt, ſive teſtator ſu
nu ſubſcribat, vel nomine teſtatoris, tertius. *l. 21. C. de t*

*Novell. 119. c. 9.* hoc tamen caſu vel ipſe, vel ſi literarum imperitus ſit, octavus teſtis, nomine ejus ſubſcribere debet *l. 21. C. de teſtam. Ordin. Notar. de Anno. 1512. tit.* von Teſtamenten *§. 7.* (3) ille actus teſtandi non debet extraneo quodam negocio interrumpi, ſed uno eodemque contextu fieri *l. 21. §. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 8. C. eod. tit. Ordinat. Notar. d. l.* (4) quin & teſtes in ipſo teſtandi actu adhibendi ſunt, in quorum perſonis ſequentia exiguntur I. ut ſeptem numero adſint. II. ut ſpecialiter ad id ſint rogati, vel, ſicet ad aliam rem rogati & collecti ſint, tamen ante teſtimonium certiorari debent, ad teſtamentum ſe adhibendos eſſe *l. 21. §. 2. ff. de his, qui teſtam. fac. poſſ. d. Ordinat. Notar. tit. 1. §. 3.* III. præſentes ſint in integro teſtandi actu, IV. ſint habiles, eo tempore, quo adhibentur, *l. 22. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* V. ipſum teſtatorem videant, & audiant, dicentem, hanc eſſe ſuam ultimam voluntatem, inde ſequitur, quod cœcus & ſurdus non poſſint eſſe teſtes. VI. ſubſcribant etiam, & ſubſignent teſtamentum, nec intereſt, ſive uno, ſive pluribus, ijsque vel proprijs, vel alienis ſignaculis utantur; illa etiam ſigna non debent formam annuli repræſentare *§. 3. 5. 6. 8. 9 10. Inſtit. de teſtam l. 20. init §. 2. & aliis ſeqq. l. 21. §. 2. & 3. l. 22. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima 21. C. de teſtam. Ordinat. Not. de Anno. 1512. tit.* von Teſtamenten *§. 7.* nec obſtat ijs, quæ de formâ ſigni dicta ſunt. *l. 22. §. 5. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

## XIV.

Ad nuncupativum verò teſtamentum de Jure Civili requiritur, ut teſtator nuncupationem, hoc eſt, ſuam ultimam voluntatem teſtibus ad id rogatis coram & ore, uno eodemque tempore declaret, ita, ùt â ſingulis teſtibus exaudiri poſſit *l. 21. init. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 21. §. 2 C. de teſtam. Ordin. Notar. d. l. §. 8.* non verò hic opus eſt ſcripturâ, neque ſubſcriptione, vel ſubſignatione teſtium, niſi melioris probationis gratiâ, ut hodie ſæpius fieri conſuevit, coram Notario & ſeptem teſtibus ejuſmodi nuncupatio hæredis facta fuerit, iſque rogatus fuerit â teſtatore ſuper eo negocio inſtrumentum aliquod conficere Math. Còl. *part. 2. deciſ. 250. n. 4. vid.* Joh Schneidvvin. *ad tit. Inſt. de teſtam. ord. §. ult. n. 7.* Carpzov. *Iurisprud. for. part. 3. conſt. 3. def. 37.*

XV. Quod

XV.

Quod demum minus ſolennia teſtamenta attinet, no inſtitutum jam non fert, ut multa de ijs afferamus, in ju men partim civili, partim Canonico, quin & conſtit. Notari *de Anno. 1512. tit.* von teſtamenten/ moribusque hodiernis ſe tia eò referenda ſunt (1) teſtamentum militis in caſtris, ve conflictu conſtituti. *tit Inſt. Dig. & Cod. de milit. teſtam. Or Notar. 1512. tit. 1. §. 2.* in illius enim, duo teſtes, in hujus teſta to, ſola voluntatis declaratio ſufficit, *Ord. Notar. tit. 1. §. 2* liqui verò uti ſunt præſidiarij milites, jure communi teſtari j tur, *ord. Notar. d. l.* (2) teſtamentum Parentum inter li *l. 21. §. 1. C. de teſtam. Novell. 107. c. 1.* (3) teſtamentum r aut ejus qui ruri degit, ſive ſit nobilis, ſive ignobilis, ad quinque teſtes ſufficiunt, ſi ruri teſtamentum condat, ne jor teſtium numerus haberi poſſit. *l. ult. C. de teſtam. Ord. N de Anno 1521. tit.* von Teſtamenten §. *2.* (4) teſtamentum tempore confectum, in quo de Jure Civili hæc ſolum nitas eſt remiſſa, ut teſtes non debeant propter timorem c gionis uno eodemque tempore ſociari *l. 8. C. de teſtam.* Ho nis moribus, tres vel duo ſufficiunt, quia neceſſitas teſtato ſolennitate legali excuſat, Gail. *lib. 2. obſerv. 118. n. 18.* (5) mentum ad pias cauſas, quod & de Jure Canonico, & hodi moribus duos ſolum teſtes requirit *c. 11 extr. de teſtam.*

XVI.

Progrediendum ad res, de quibus teſtari licet. Q igitur Jus Dithmarſicum attinet, diſtinguendum res hæreditarias, & noviter acquiſitas, Germanicè in Er wohlgewonnene Güter. De prioribus non licet condere t mentum, quamvis teſtator nullos liberos habeat, niſi prius ſenſum à proximis ſucceſſoribus impetraverit, *art. 27. init 33. § 3.* illi enim in hiſce bonis jus acquiſitum habent, ipſis invitis adimi nequit, inque eo jus Dithmarſicum cùm becenſi jure accuratè convenit, *jus Lubec. libr. 1. tit. 9. art. tit. 10. art. 6.* Dn. Mæv. *ad jus Lubec. libr. 1. tit. 10. art. 63. & 81.* Ubi ſimul notandum, quænam bona pro hæredit venditari poſſint, & requiritur de jure Dithmarſico, ut illa

im

immobilia, quales ſunt, ædes, agri, fundi, areæ, quò pertinent etiam annui reditus. *Ius Dithm art. 33. init.* (2) ut à ſanguine junctis nobis fuerint delata, uti à parentibus, liberis, fratribus, & cognatis, quò etiam jus Dithmarſicum refert bona ad maritum ab uxore allata, *art. 33. init.* (3) titulo hæredis debent eſſe in nos translata. *d. art. 33. init. iung.* Dn. Mæv. *ad ius Lubec. libr. 1. tit. X. art. 6. n. 13. 14. 26 45. 48.* Reliqua verò bona induſtria, negociatione, operâ artificiali, vel etiam fructibus rerum hæreditariarum comparata, veniunt nomine bonorum acquiſitorum *jus Dithm. art. 33. §. 1. & 2.* Quod ſi tamen maritus vel uxor, ille ſuæ uxori, hæc ſuo marito, modò nulli liberi adſint, dimidiam bonorum hæreditariorum partem per ultimam voluntatem relinquere velit, utrique id jure Dithmarſico eſt permiſſum, ita tamen, ut pretio accepto (quod judex adjunctis ſibi quatuor peritis, & incorruptis æſtimatoribus conſtituere debet) ejusmodi bona retinere nequeat, ſed proximis cognatis & ſucceſſoribus reſtituere teneatur. *Ius Dithm. art. 27. §. 1. & 2. art. 37. § 10. & 11.*

XVII.

De bonis autem acquiſitis libera diſponendi poteſtas jure Dithmarſico teſtatoribus eſt conceſſa, modò cum ijs, quibus hæc relinquuntur, ſit teſtamenti factio, hoc eſt, illi vel ſibi, vel alijs aliquid acquirere poſſint, uti Romani loquuntur. *§. 4. Inſtit. de hæred. qual & differ. §. 6. de teſtam. ord. l. 31. de hæredibus inſt.* quales ſunt (1) liberi (2) cognati & agnati (3) extranei (4) pauperes & Xenodochia *l. 49. §. 1. 3. & 5. 6. 7. C. de Epiſcop. & Cler.* (5) alia pia loca, uti ſunt, Eccleſiæ, orphanotrophia, Noſocomia, hæc enim omnia quaſi ipſi Deo videntur eſſe relicta *l. ult. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ius Dith. art. 27. §. 3.* (6) qui fidelia miniſteria teſtatoribus exhibuerunt, *Ius Dithm. dict. loc* (7) quin & ad viarum conſervationem & reparationem bona relinqui poſſunt *art. 27. §. 3.* Non verò perſonæ inhoneſtæ, quia cum illis nulla eſt teſtamenti factio, hæredes, jure Dithmarſico inſtitui poſſunt *art. 27. §. 5.* Hactenus tamen de bonis acquiſitis dicta tum locum habent, ſi teſtator nullos liberos habeat, aliàs enim illi neque jure civili, neque Dithmarſico, legitimâ defraudari poſſunt, ſed



hæc

hæc portio, ipſo quaſi jure naturæ liberis debita, jure præcip
civili, honeſto inſtitutionis titulo, illis vel integra, vel ex parte
linquenda eſt *Novell. 115. c. 3. & 5.* quin & hoc poſteriori caſu, liberi
quod deeſt legitimæ, actione ſuppletoria à cohæredibus exig
poſſunt *l. 30. C. de inoffic. teſtam. art. 27. §. 4. art. 32. art. 33. §. 4.*
Eadem autem eſt utroque jure legitima, & quidem, ſi teſtator, n
plures, quam quatuor liberos, relinquat, iſta in tertia; ſi quinc
vel plures liberos habeat, in dimidiâ bonorum parte conſiſ
*Novell. 18. c. 1. Ius Dithm. art. 32. §. 1. 2. 3.*

XIIX.

Quod demum jus civile ſpectat, quia illud non diſting
inter bona hæreditaria, & labore ac induſtriâ noſtra acquiſ
ſed ſi ſemel ad nos pervenerunt, ita inter ſe invicem conjun
ut unum quaſi poſſidentis patrimonium conficiant *l. 10. §. 2.*
*fin. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. l. fin. ff. de inoffic. teſtam.* hoc igitur
re de omnibus rebus per ultimam voluntatem diſponere licet, q
teſtator tanquam paterfamilias, non verò alio reſpectu poſſide
nec una cum ipſius perſonâ extinguuntur, ea enim, uti ſunt dign
tes & officia defuncti, quibus non tanquam paterfamilias, ſed t
quam Magiſtratus, vel alia publica perſona præerat, (2) ſervitu
perſonales, uti uſusfructus & aliæ quædam res (extinguun
enim unâ cum perſonâ defuncti, *§. ult. Inſtit. de uſufr.*) reſpu
omninò diſpoſitionem ultimam, quia in hiſce hæres defun
planê ſuccedere nequit, Magnif. Dn. Eichel. *in tract. de Reg. Iu*
*7. p. 224. & aliis ſeqq.*

XIX.

De tertio, quod in ultimis voluntatibus conſiderandum,
mirum perſonis, quænam teſtamenta facere vel non poſſint, b
viter nunc aliquid eſt addendum. Quia verò is qui teſtam
tum condit, eligit ſibi futurum ſucceſſorem, & hæredem; om
autem electio integritatem animi, & prudentiam aliquam req
rit, inde in omni teſtatore requiritur, (1) ut ſit ejus judicij & 
tellectus, ut animi ſui voluntatem, declarare, ſibique hered
eligere poſſit, quod JCtus Labeo. *in l. 2. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*
elegantet profert, in eo, qui teſtatur, ejus temporis, quo teſtam

t

tum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt *l. 3. pr. C. eod.* (2) ut ſit paterfamilias, non verò exiſtat in alterius poteſtate, ſive herili, ſive paternâ, adeò, ut filiusfamilius, ne permittente quidem patre id facere poſſit. *l. 6. l. 13. init. l. 16. init. ff. qui teſtam fac. poſſ.* (3) ut liberam de rebus ſuis diſponendi facultatem habeant, & hi de jure civili dicuntur habere teſtamenti factionem *§. 4. Inſtit. de hered. qual & differ. l 14. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Quibus autem unum horum deeſt, illis nec jure civili, nec Dithmarſico teſtari permittitur; quales ſunt (1) Impuberes, *§. 1. Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſtam. l. 5. l. 19. ff. qui teſtam. fac. poſſ. art. 28. init.* quia nullum eorum animi judicium eſt, licet tutoris autoritas adhibeatur, *l. 1. §. 1. ff. de tut. & ration. diſtrah. iung. l. 32. ff. de hered. inſtit.* nam teſtamentum debet propria eſſe teſtatoris voluntas, non ex alieno arbitrio pendere, quod fieret, ſi pupilli, accedente tutorum autoritate, teſtamentum conderent. Minores verò etiam ſine curatoris autoritate de Jure Civili teſtari queunt *l. 4. C. qui teſtam. fac. poſ.* De jure verò Dithmarſico non aliter, quam ſi compleverint 18. annum, atque adeò majores facti, vel veniam ætatis à Magiſtratu impetraverint, *art. 28. init.* (2) furioſi *§ 1. Inſtit. eod. l 9. Cod. eod. Iur. Dithmarſ. art. 28. § 1.* quia mente carent; quod ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus eſt, jure teſtati eſſe videntur, quin & illud, quod ante furorem teſtamentum fecerint, valet, nam neque teſtamentum rectè factum, neque ullum aliud negocium rectè geſtum, poſtea furor interveniens juſte perimit *§. 1. Inſt. quib. non eſt : perm. fac. teſtam. Ius Dithm. art. 28. §. 3.* (3) mutus & ſurdus ſimul, ſiquidem naturâ talis, quia manifeſtare voluntatem ſuam non poteſt, non verô morbo talis factus, ille enim modò antè literas didicerit, in ſcriptis teſtari poteſt; qui autem mutus tantum, per literas : aut ſurdus tantum, eo modo, quô per rerum naturam licet, ſcripto vel voce teſtamentum facere poteſt. *§. 3 Inſtit. quib. non eſt perm. l. diſcretis 10. C. eod. art. 28. §. 1. Iur. Dithm.* Hoc verò ſubaudiendum eſt de eo ſurdô, qui omninò non exaudit, non qui tardè exaudit, nam & mutus intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur; Sæpe enim etiam literati & eruditi

 homi-

homines varijs caſibus audiendi, & loquendi facultatem an
tunt §. 3. *Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſtam. art. 28. §. 2.*

## XX.

In cœci verò teſtamento novæ quædam ſolennitates jure Dithmarſico non requiruntur, *art. 28 § 4.* De jure verò vili hæc tria ſingularia occurrunt. (1) cæcus tantum nuncu tivum poteſt condere teſtamentum, ita, ut non tantum expri nomen proprium, verùm etiam dignitatem, & conditionem redis, ne ſola nominatio dubium & errorem pariat, cum plu uno nomine proprio vocari poſſint (2) in hoc teſtamento, l ſit nuncupativum, ſcriptura requiritur, præter nuncupation ita, ut teſtes etiam ſua nomina ſubſcribant (3) Notarius eſt a bendus, vel ſi Notarij copia haberi nequit, octavus teſtis, qu jus vicem ſuppleat: melius tamen eſt, ſi Notarius adhibeat quia hoc caſu teſtamentum ſine recognitione teſtium perpe um robur habet, *l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ord. Notar. An. 151* Aber zu eines Blinden / 2. & quidem hæc omnia ad amovend fraudis ſuſpicionem, cum cœco facilè imponi poſſit; in ulti autem elogio fraus omnis metuenda & vitanda eſt.

## XXI.

Ultimo demum loco conſiderandum eſt, quomodo te menta infirmentur, de illis autem modis, tantùm breviter quid afferemus, quorum Jus Dithmarſicum mentionem fa Cum verò defuncti voluntas, uſque ad ſupremum vitæ exit ſit ambulatoria *l. 33. § 3 ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 4. ff. de ad vel transfer. leg. Ius Dithm. art. 29. init.* Ideoque jure comm & Dithmarſico, ſi teſtator teſtamentum ſuum & quidem de j civili, ſi fuerit publicum, ab actis Iudicialibus removeat, quod idem eſt, à Judice revocet, idque ad ſe recipiendo expr sè dicat, ſe nolle valere, teſtamentum ejus infirmatur, & nu vires habet. *l. omnium 19. in verb. nec contra judicium ſuum def ctus poſtea veniſſe detegatur. C. de teſtam. Iur Dithm. art. 29. §.* Carpzov, *Iurispr. for. part. 3. conſtit 3. def. 39.* (2) rumpitur te mentum prius per poſterius, jure perfectum, §. 2. 3. 7. *Inſt. q*

m

*mod. teſtam. infirm.* licet teſtator in priori teſtamento dixerit, ſe nolle id revocare : quia nemo ſibi eam legem dicere poteſt, ut à priori voluntate ei recedere non liceat, *l. 22. init. ff. de legat. 3.* In jure Dithmarſico poſterius inſuper, teſtamentum in Judicio deponendum eſt, *art. 29. §. 2.* (3) quando teſtator, teſtamento condito, ejusmodi crimen perpetrat, ob quod bona ipſi auferenda, & fiſco addicenda ſunt, quale adhuc hodiè eſt crimen læſæ Majeſtatis, *Ord. Crim. art. 218.* illius teſtamentum, utroque jure tàm civili, quam Dithmarſico, non ſubſiſtit, *argum. d. art. 218. Jur. Dithm. art. 29. §. 3.*

## XXII.

Progrediendum eſt ad modos ſuccedendi ab inteſtato; Quando igitur aliquis inteſtatus moritur, hoc eſt, vel omnino teſtamentum non fecit, vel non jure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum, irritúmve factum eſt, aut ſi ex eo nemo heres extiterit, *init. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſtat. l. 1. ff. de ſuis & legit. hered.* Utroque jure civili & Dithmarſico (1) videndum, utrum defunctus liberos relinquat; nam illi primum ſuccedendi ordinem ab inteſtato conſtituunt; hiſce deficientibus; Parentes defunctorum ſuccedunt, & in ſecundo ordine collocantur: quibus ceſſantibus Collaterales ad ſucceſſionem admittuntur, & illi demum ad tertium ſuccedendi ordinem referendi ſunt, quos (4) excipit ſucceſſio mariti & uxoris, de quibus ſingulis ſecundum ductum Juris Dithmarſici aliquid erit adjiciendum, & in univerſum loco principij hoc quaſi præſupponendum; jus Dithmarſicum in plerisque, quoad hoſce ſuccedendi ordines cum jure civili accuratè conſpirare, & primum de ordine liberorum, in quo, quemadmodum in reliquis omnibus, tria penſitanda erunt (1) perſonæ, quæ ad hunc ordinem pertinent (2) modus ſuccedendi, & (3) bona, in quibus ſucceditur. Quod perſonas attinet, de ijs hæc propoſitio notanda erit; Quicunque ſunt liberi juſti, illi ſuccedunt ſuis parentibus *Novell. 118. c. 1. Jur. Dithm. art. 34. init. §. 1. & 2.* tum quod parentes hereditatem ſuam præ reliquis omnibus, liberis exoptare, atque adeò στοργὴ Parentum erga liberos hoc exigere videatur Grot. *de Jure bel. & Pac. libr. 2. c. 7. §. 3.* tùm quod liberi

liberi ſint quaſi partes eorum, & ſic quicquid Parentes poſſide
& acquirunt, non tantum ſibi verùm etiam liberis tanquam pa
tibus ſuis poſſidere & acquiſiviſſe dicuntur; tum denique qu
Parentum hereditas ipſo jure naturæ liberis debetur *l. 7. ff. de b*
*damnat. l. 15. princ. ff. de inoffic. teſtam. l. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſtam. nu*
*ext. Novell. 1. præf. c. 2. vid. 2. Cor. 12. v. 14.* ut non addam, qu
liberi in patriâ poteſtate exiſtentes, jam tum vivis Parentibus
ternorum bonorum dominium habere, & à morte Parentum
lud quaſi continuare dicantur §. *2. Iuſtit. de hered. qualit. & d*
*§. 3. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. def. l. 11. ff. de liber. & poſth. hæred.*
*ſtit. vel exhæred.*

XXIII.

Quod naturales liberos attinet, hoc eſt, ex concubinâ
tos, quia, illi quoad matrem tantum pro juſtis habentur, matri
iam ſolum, licet illuſtris ſit, & omnibus ex linea maternâ aſc
dentibus, perinde ut legitimi & cum legitimis ſuccedunt. *l. 2. l*
*ff. und cogn. l. pen. Cod. ad SCt. Orphit.* nec jus Dithmarſicum ab
recedit, *arg. art. 35. §. 4.* Circa paternam verò hereditatem
troque jure diſtinguendum eſt, aut enim Pater relinquit ex c
jugio liberos legitimos, vel ſaltem legitimam conjugem, & na
rales filij non admittuntur ad ſucceſſionem ab inteſtato. *No*
*89 c. 12. in fin. auth. licet Cod. de natural. lib. Iur. Dithm. art. 36.*
aut verò nec liberos legitimos, nec conjugem relinquit, & adm
tuntur naturales utroque jure in ſextantem ſeu duas uncias
reditatis paternæ, cum matre concubinâ ſecundum perſonar
numerum dividendas, *d. Novell. 89. c. 4. & d auth. licet C. de na*
*ral. lib. art. 36. init.* modò Pater unam concubinam habuerit,
beri naturales in Patris ædibus ſint educati, adeoque de affectu
tris in eos conſtet, *d. art. 36. init.* Hoc inſuper ex jure D
marſico monendum, illam ſextantem, ſi bona noviter acquiſita
ficiunt, ex iſtis; ſin partim ex hiſce partim ex bonis avitis, & h
ditarijs depromendam eſſe, *art. 36 init. & §. 1.* quin denique tùm
re civili, tùm Dithmarſico pater naturalibus liberis per ultim
voluntatem, ſi legitimi liberi deſint, dimidiam bonorum par
relinquere poteſt *C. l. 8. de natural. lib. art. 36. §. 3.* In bonis

I

men hæreditarijs ſive avitis non aliter, quàm proximorum hæredum conſenſu hoc permiſſum eſt, *art. 36. §. 4.*

XXIV.

Quoad modum ſuccedendi in utroque jure diſtinguendum inter liberos ex eodem & diverſis matrimonijs procreatos: in prioribus porrò tres diverſi caſus ſunt formandi; aut enim ſoli deſcendentes primi gradus adſunt, & illi ſuccedunt in capita, hoc eſt, quot ſunt perſonæ ſuccedentes, in tot partes hæreditas æqualiter dividenda erit; aut adſunt ſoli deſcendentes ulterioris gradus, uti nepotes, ijque vel ſunt ex uno vel ex diverſis patribus; ſi ex uno, iterum ſucceſſio in capita locum invenit; ſi ex pluribus, v. gr. ex uno Patre duo, ex altero tres nepotes adſunt; tum non in capita ſed in ſtirpem ſucceditur, hoc eſt eandem hæreditatis portionem nepotes conſequuntur, quam eorum Parentes fuiſſent conſecuti, ſi ſupervixiſſent: quia in eorum locum ſuccedunt, eosque repræſentant; aut demum tertiò, partim liberi primi, partim ulterioris gradus i. e. nepotes adſunt; quo caſu iſti in capita, hi verò in ſtirpem ſuccedunt, & ſuorum Parentum portionem nanciſcuntur; Inque hiſce omnibus quam elegantiſſimè Jus Dithmarſicum cum jure civili concordat *Novell. 118 c. 1. art. 30. §. 2. & 3.* Quod ſi autem Parentes ex diverſis matrimonijs liberos relinquant, ita, ut alterum Parentem communem, alterum diverſum habeant, ſi quidem proprio parenti, ſeparatim: communi verò, æqualiter utroque jure ſuccedunt. *l. 6. §. 1. C. de ſec. nupt. Iur. Dithm. art. 35.*

XXV.

In bonis Parentum diviſio Saxonici & antiqui Dithmarſici juris (quod eorum alia ad res expeditorias, Germanicè das Heer-Gewette / alia ad geradam pertineant; & in hiſce ſolæ filiæ, in illis filij tantum ſuccedant) in Jure Dithmarſico novo, planè eſt ſublata *Iur. Dithm. art. 31.* ita, ut filij æque ac filiæ, tàm in bonis mobilibus, quæ in Jure Dithmarſico Germanicè Buwgüder vocantur, *art. 31. §. 2.* quam in immobilibus, non aliter ac in jure civili hoc eſt conſtitutum *Novell. 118. c. 1.* æqualiter ſuccedant, præterquam quod in Jure Dithmarſico filiæ juſtam tantum bonorum immobilium æſtimationem, non verò ipſa bona nanciſcantur, *art. 30. §. 1.* quia filij ſolum

ſolum familiam conſervant, *vid. l. 195. §. ult. l. 196. §. 1. ff. de V*
Cum tamen de Jure Civili in bonorum immobilium ſucceſſio
nulla, inter filios & filias differentia intercedat, *arg. Novell. 118. c.*

XXVI.

Secundum ſuccedentium ordinem aſcendentes conſtituu
Quamvis igitur Parentes ex naturali erga liberos caritate, long
vam ipſis vitam ſuamq; hereditatẽ ad liberos transferre exopte
quia tamen ſœpius mortalitatis ordo ita turbatur, ut Parentes p
liberorum fata adhuc diu ſuperſint, ratio miſerationis eos ad
na liberorum admittit, & hunc luctuoſum ſuccedendi ordinem
pſis piè defert *vid. l. 15. init. ff. de querel. inoff. teſtam.* Accedit, qu
ipſum jus naturæ propter innumerabilia & inſignia benefici
Parentibus in liberos profecta, ſi hi ἄπαιδες moriantur eorum
reditatem Parentibus quaſi addicit, inde in *l. 15. init. ff. de inoffic. teſt*
dicitur, *liberorum hereditatem Parentibus piè relinqui in Novel
præfat. §. 2. ſecundum ipſam naturam Parentibus, liberorum here
tatem deferri, cap. 1. in fin. de teſtam. in Sto, filium, matrem por
ne jure naturæ debitâ privare non poſſe.* Vt jam non dicam, qu
jus quaſi talionis & reciprocus ac mutuus ſuccedendi ordo ſec
dum communem doctrinam in ſucceſſionibus ab inteſt
obtineat; adeoque non eſt mirum, quod Jus Dithmarſic
& naturalem ductum, & præcepta Juris civilis ſecut
ſecundo loco in ſucceſſionibus ab inteſtato aſcendentes ad
berorum demortuorum hæreditatem vocet. Quic. igi
ſunt Parentes legitimi, ac juſti, illi utroque jure, tùm ci
tùm Dithmarſico liberis ſuis ſuccedunt, modò hi ἄπαιδες di
obierint, quales ſunt, tàm Patres, quàm matres, tàm Parentes
mi, quam ulterioris gradus, neque porrò quoad lineas differen
datur, ſed Parentes utriuſque lineæ tàm maternæ, quam pater
uti avus & proavus paterni & materni ad ſucceſſionem nepot
admittuntur. *Novell. 118 cap. 2. art. 30. Iur. Dithm. §. 4. 5. & ſ
usque ad §. 16.*

XXVII.

Succedunt autem Parentes ſecundum ordinem ſequent
in liberorum hereditate. Aut enim ſoli adſunt Parentes, aut

C

cum illis concurrunt fratres & ſorores defuncti; ſi ſoli adſunt: illi aut in primo, aut in ulteriori gradu ſunt conſtituti, aut partim in primo, partim in ulteriori gradu: parentes primi gradus, ſi utrique liberis ſupervivunt, ſuccedunt æqualiter, alias ſoli Parenti ſuperſtiti, hereditas defertur. Quando autem parentes primi & ulterioris gradus ſimul adſunt; primi excludunt remotiores, quia in lineâ aſcendenti non locum habet jus repræſentationis; adverſatur enim rectæ rationi, quod ſenior poſſit ſuccedere in locum junioris mortui, eumque repræſentare, quodque Parentes liberorum locum & vicem ſubeant *Novell. 118. cap. 2. auth defuncto C. ad Senatus C. Tertull.* Weſenb. *tit. ff. de grad. & affin. n. 15.* Dn. Hahn *in ſuis obſerv. ibi.* Quod ſi tantum Parentes adſunt ulterioris gradus, illi ſi ſunt in pari gradu, ſecundum lineas ſive genera ad ſucceſſionem admittuntur, ita, ut paternæ lineæ Parentes, unam bonorum dimidiam; alteram maternæ lineæ avus & avia conſequantur. *d Novell. 118. cap. 2.* Gudel. *de Iure Noviſſ. lib. 2. c. 14.* ſi ſunt in diſpari gradu, remotiores à proximioribus excluduntur, *d. auth. defuncto ibi. ſalva ſui gradus prærogativâ C. ad Senatus-C. Tertull.* aut demum cum Parentibus concurrunt collaterales, iique vel ſunt (1) fratres & ſorores, vel (2) fratrum & ſororum liberi, vel (3) horum nepotes, aút qui ulterioris gradus ſunt. Fratres & ſorores germani hodiè cum Parentibus primi & ulterioris gradus in capita admittuntur, *Novell. 118. c. 2. verſ. ſi verò cum Parentibus Auth. defuncto C. ad SenatusC. Tertull.* uterini verò vel conſanguinei removentur à Parentibus *d. Nov, c. 2. in verb., ex utrisque Parentibus, coniuncti defuncto.* Fratrum vero & ſororum germanorum liberi ſive ſoli ſint, ſive adjunctos habeant fratres defuncti, unâ cum Parentibus ita ſuccedunt, ut aſcendentes utroque caſu in capita, liberi verò fratrum in ſtirpes ſuccedant, *Novell. 127, c. 1.* Nepotes verò fratrum aut ulteriores cum Parentibus concurrentes ab ijs excluduntur, quia ultra fratrum ſororumve liberos repræſentatio in lineâ collaterali locum non invenit, *arg. Novell. 118. c. 3.* R. A zu Speyer *de Anno 1520. §. item* als bißher. In hiſce omnibus accuratè iterum Jus Dithmarſicum cum jure civili convenit, *Iur. Dithm, art. 30. §. 6. §. 11. 12.* Hac unica inſigni differen-

F tiâ

tiâ obſervata. Quod in jure Dithmarſico, ſi nulli fratres & ſ
rores germani adſunt, unâ cum Parentibus fratres & ſoror
conſanguinei atque uterini, eorumque liberi admittantur, cu
tamen hi ſecundum paulò ante dicta Jure Civili planè excluda
tur per Parentes. *Iur. Dithm. art. 30. §. 13. & 14.*

XXIIX.

Denique in bonis liberorum licet nonnulli diſtinguant,
trum ex paterna, an verò materna lineâ ad eos pervenerint, & i
illis, paterni; in hiſce verò materni generis aſcendentes ſolum ſu
cedere, arbitrentur *vid.* Carpzov. *Juriſp. for. part. 3. Conſtit. 14.*
*2.* Dn. Richter *in tractat. de ſucceſ. ſect. 3. m 1. n. 10.* Tamen, q
neque Iure Romano, neque Dithmarſico illam diſtinctionem
libi traditam eſſe invenimus, ſed potius indiſtinctè ſuccedi, co
gitur ex *Novell. 118 c. 2.* & præterea bona ſemel à filiis acquiſi
non amplius retinent nomen paternorum vel maternorum
norum, ſed filij patrimonium dicuntur *l. 10. § 2. ff. de vulgar.*
*pupill. ſubſtit.*, ideò indiſtinctè à Parentibus in bonis liberorum
troque jure ſuccedi, firmiter ſtatuimus, niſi quod in Jure Di
marſico parentes excludant collaterales ab hereditate liberoru
ſi hi nulla bona ſeparata, ſed tantùm cum parentibus commu
poſſederint *art. 30. §. 7.* Præterea etiam parentes & fratres ipſ
fundorum & prædiorum poſſeſſionem retinent, portionem v
ſororibus indè debitam in pecuniâ numerata vel juſto pretio
re Dithmarſico iis perſolvunt, *art. 33. §. 9. & 10.*

XXIX.

Denique ſi nec deſcendentes, nec aſcendentes adſunt,
collaterales, exque ijs primum fratres & ſorores jure tùm ci
tùm Dithmarſico ſuccedunt. Sunt enim ex eodem ſanguine c
defuncto procreati; ipſe etiam defunctus hiſce præ omnibus
reditatem ſuam relictam voluiſſe, præſumitur, accedit hæc pra
puè ratio in avitis bonis, quod unus frater vel etiam ſoror al
fratri vel ſorori hactenus impedimento fuerit, quo minus ſ
vel ſola ſuccedere potuerint, hiſce igitur mortuis, impedim
tum illud removetur, atque adeo ſuperſtiti fratri vel ſorori e
tempore avitorum bonorum hæreditas ſolùm deferenda eſt.

ſo

ſonas itaque in hoc tertio ſuccedendi ordine, conſiderandas, ſequens nobis demonſtrat propoſitio. Inter quaſcunque perſonas intercedit vel jus cognationis, & agnationis ſimul, vel jus agnationis aut cognationis tantùm, illæ nullis liberis vel Parentibus à defuncto relictis, ſuccedunt in hoc tertio collateralium ordine, neque etiam hic ſuccedendi ordo cum nonnullis *ex §. ult. Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* ad decimum gradum uſque eſt reſtringendus, ſed quamdiu agnatorum vel cognatorum aliqui ſuperſunt, locum habet *per text. general. Novell. 118. c. 3 §. 1. verb. omnes deinceps à latere cognatos. Ius Dithm. art. 30. §. 16. 26. & 27.* Et tales ſunt (1.) Fratres & ſorores Germani & germanæ (2) eorum liberi *Novell. 118 c. 3. Ius Dithm. art. 30. §. 16. 17. 18. 19. 20.* (3) Fratres conſanguinei & uterini unâ cum ſororibus & liberis *d. N. c. 3. Iur. Dithm. d. art. §. 22. 23. & 24.* (4) reliqui cognati & agnati *d. Novell c. 3. §. 1. Iur. Dithm. d. art. §. 26. 27.*

## XXX.

Ita verò hæ perſonæ enumeratæ ſuccedunt, ut primò fratres & ſorores germani, propter duplex vinculum, ſi ſoli adſunt, in capita; quod ſi cùm his germanorum liberi concurrant, illi quidem ſimul, ſecundum ſtirpes tamen admittantur, ita ut hi tantum ſuorum parentum portionem, quia in illorum locum ſuccedunt, eosque repræſentant, jure tùm civili, tùm Dithmarſico conſequantur, *d. N. 118. c. 3. Iur. Dithm. art 30. §. 16. & 18.* Rittershuſ. *ad d. Novell. p. 7. c. 13.* Nullis verò fratribus vel ſororibus utrimque conjunctis, ſed ſolis eornm liberis extantibus, illi ſolùm ſuccedunt, licet defunctus fratres conſanguineos vel uterinos reliquerit, quia illi ab utroque, hi tantum ab uno latere defuncto conjuncti erant. *d. Novell. 118. c. 3. Iur. Dithm. art. 30. §. 20.* Hæc autem ſucceſſio non fit in ſtirpes, in die Stämme / ſed in capita, nach Hauptzahl / oder in die Häupter / ita ut licet ex uno fratre, duo, ex altero quatuor, vel quinque liberi, ſuperſint, tamen ſinguli æqualiter & in capita jure civili & Dithmarſico, quin & novâ Carol. V. conſtitutione ſuccedant *l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legitim. hæred. l. fin. §. 3. C. de legitim. hæred. l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæred. pet.* Käyſerl. *Conſtitution* und Satzung zu Speyer *de anno 1529.* wie Brüder oder Schweſter Kinder ihres

Vaters Bruder oder Schweſter Verlaſſenſchaffe unter ſich thei
ſollen *Iur. Dithm. art. 30. §. 20. & 21.* In pari enim gradu ſunt co
ſtituti, nec jure parentum, ſed proprio ſuccedunt; accedit, qu
in lineâ collaterali extra unicum caſum, quando cum fratrib
eorum liberi concurrunt, jus repræſentationis & ſucceſſio in ſt
pes locum non habeat *per dd. text.*

XXXI.

Poſt fratres germanos, eorumque liberos, demum adm
tuntur conſanguinei & uterini, eorumque liberi, eodem ſanè m
do, quô ſuperiores fuerunt admiſſi *Novell. 118. c. 3. auth. poſt. f
tres autem C. de legitim. hæred. Iur. Dithm. art. 30. §. 22. 23. &*
Quòd ſi nec hi adſunt, reliqui cognati & agnati omnes, ſecund
gradum proximiorem, ita ut remotiorem propinquior excluc
ad defuncti hæreditatem utroque jure civili & Dithmarſico,
cantur. *d. Novell. 118 c. 3. §. 1. Auth. poſt fratres fratrumque filios
de legitim. hæred. Ius Dithm. art. 30. §. 26. & 27.*

XXXII.

In bonis, de jure civili, ſi conſanguinei & uterini fratres ſ
cedunt; ita diſtinguendum eſt, ut ſi defunctus frater paterna bo
reliquerit, conſanguinei tantùm: ſi materna, uterini; ſi nov
quæſita, utrique æqualiter ſuccedant *l. 13. §. 2. C. de legitim. hæ*
cui textui Novellæ nuſquam derogant. *Perez ad d. tit. n. 4.* Fr
ciſc. de Barrij *de ſucceſſ. teſt. & ab inteſt. lib. 18. tit. 3. n. 4. & 5.* I
tershuſ. *ad Novell p. 7. c. 13. n. 9.* De Jure verò Dithmarſico I
inter mobilia & immobilia bona, differentia intercedit, ut in i
tàm ſorores, quàm fratres; in his verò ſoli fratres admittantur;
rores verò earumque liberi pretium ſuæ portionis tantùm, à f
tribus accipiant *Iur. Dithm. art. 30. §. 10. §. 16. in fin. §. 17.*

XXXIII.

Reliquum eſt, ut perluſtremus quid in Jure Dithmarſico
ſucceſſione mariti & uxoris ſit conſtitutum; Et licet conju
ſanguine non jungantur, naturæ tamen maximè conveniens
ut ſibi invicem ſuccedant. Præterquam enim quod conjug
ſocietas ſit principium & origo omnis cognationis, ex quâ poſtr
dum ſuccedendi ordines profluunt; amicitia inter maritum &

XOI

xorem intercedens, adeò naturalis & neceſſaria eſt, ut ſine hac humana ſoboles brevi eſſet interitura; ut jam non dicamus, quod propter diviſa inter virum & uxorem officia mutuamque opem, utilis, jucunda; quin, ſi inter probos colitur, honeſta exiſtat, adeoque omne quaſi amabile in ſe complectatur, *vid. Ariſtot. libr. 8. Ethic. cap. 12.* ut adeò mirum non ſit, utroque jure civili & Dithmarſico, conjugum ſucceſſionem, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſub certâ tamen lege atque conditione eſſe permiſſam. In illâ igitur primum omnium conſiderandum eſt, utrum adſint pacta dotalia, in quibus de ſucceſſione conjugum aliquid ſit diſpoſitum, adeoque habeant vim ultimæ voluntatis, & ea ex hodierna Germaniæ conſvetudine accuratè ſunt ſervanda, modò quinque teſtes in ijs fuerint adhibiti *arg. l. ult. C. de Codicill. l. fin. C. de mort. cauſ. don.* quodſi actis fuerint inſinuata, uti de Jure Dithmarſico neceſſarium videtur. *argum. Iur. Dithm. art. 37. §. 8.* valida ſunt absque teſtibus *arg. l. 19. C. de teſtam.* Carpzov. *Iurispr. for. part. 2. conſtit. 43. def. 1. & ſeqq.*

## XXXIV.

Ejusmodi pactis non extantibus, videndum eſt Jure Dithmarſico, utrum maritus viduæ ſuæ relictæ dotalitium aliquod conſtituerit, Germanicè Leibzucht/Leibgeding/Leibguth/ Dithmarſicè Liefftucht/ quod in omnibus bonis de Jure Dithmarſico uxori relinquere poteſt, ita, ut ad dies vitæ uſumfructum ex ijs conſequatur, modò ad ſecundas nuptias non tranſeat, & dotalitij conſtitutio coram Magiſtratu fuerit facta *Iur. Dithm. art. 37. init. §. 1,* cum tamen per univerſam fermè Germaniam, inprimis verò in terris Saxonicis, & communiſſimâ cōnſuetudine, modus conſtituendi dotalitij ſit uſusfructus duplicatus ejus, quod dotis nomine fuit allatum; non verò omnium bonorum; putà ſi mulier quingentos florenos in dotem attuliſſet, tunc ei mille aurei in dotalitium conſtituuntur, non quidem, ut proprietatem illorum mille aureorum habeat, ſed ſolùm uſumfructum, putà centum aureos, quamdiu ſuperſtes fuerit, idque regulariter in bonis feudalibus; quod ſi illa non adſunt, in bonis etiam allodialibus conſtituitur *art. 75. ubi gloſſ. Latin. ad text. Germanic. lit. b. libr. 5.* Landrecht. Daniel Möller

 part.

*part. 2. conſtit. 42. n. 13.* Matth. Coler, *deciſ. 57. & 60.* Erneſt. Coth
*reſponſ. 48, n. 50. & multis ſeqq* Modeſtin. Piſtor. *vol. 1. conſil. 3.*
& hæc eſt prima differentia juris communis & Dithmarſici. Secu
da, in eo conſiſtit, ut moribus Germaniæ viduâ mortua non ta
tùm dotalitium exſtinguatur, quia eſt uſusfructus, qui unâ cu
perſonâ uſufructuarij perit. *§. ult. Inſtit. de uſufr.* Verùm eti
hæredes uxoris dotem repetere nequeant; Eſt enim dotalitij c
ſtitutio, loco dotis, & pro dote, & lucri hujus perceptio, dot
abſumit, & quaſi ex vendito in maritum ejusque heredes transf
undè Saxones dicunt: Leibgut ſchwindet das Hauptgut. Ern
Cothm. *d. Reſponſ. n. 66* Wehner. *in pract. obſerv. verb.* Leibged
Jure verò Dithmarſico licet ipſum dotalitium, ſi uxor vel
cundò nubat, vel diem obiat, perimatur. *Iur. Dithm. art. 37.*
*& 5.* dos tamen ad ipſam uxorem, vel ea mortuâ, ad ejus here
revertitur, nec abſumitur conſtitutione dotalitij, *d. art. 37. §. 1.*
Jus tamen Dithmarſicum cum jure communi in eo conve
quod non confundat dotalitium cùm donatione propter nupt
Germanicè das gegen Vermächtnüß/ *art. 37. §. 1. & 5.* quod alias
pius fieri ſolet, cum ſeparata ſint, ac diverſa; dotalitium enim
ribus hodiernis (1) abſumit dotem, donatio propter nuptias
tius in ſecuritatem dotis conſtituitur (2) per dotalitium uſuſ
ctus tantum in uxorem tranſit; per donationem propter nupt
ipſum rerum donatarum dominium, *§. 3. Inſtit. de donat. auth.*
*miſſa C. de donat. ant. nupt. Novell. 61. c. 1.* (3) fructus dotalitij
ctant ad ipſam uxorem, non verò fructus rerum propter nup
donatarum, illos enim retinet maritus, qui donationem pro
nuptias conſtituit; ut alias differentias brevitatis ſtu
nunc tranſeamus. *vid.* Wehn. *alleg. loc.* Hoc tamen non p
negari, vulgò dotalitium ſpeciem donationis propter nuptias
pellitari. Carpzov. *Iuriſpr. for. part. 2. Conſtit 42. def. 2. n. 1.*

## XXXV.

Quemadmodum porrò uſufructuarius res, in quibus uſu
fructum habet, deteriores reddere non debet, multò minus
perdere, atque conſumere: nam ſalva rerum ſubſtantiâ iis tant
fruitur, *init. Inſtit. de uſufr. l. 1 ff. de uſufr.* ita nec uxor res, in

bus dotalitium eſt conſtitutum, deteriores reddere, vel planè abſumere poteſt, ſed ſi in iis â muliere aliquid perperam fiat, mariti heredes & cognati, damni dati reſtitutionem, tàm ab eâ quàm ipſius heredibus juſtè repetent, *art. 37. §. 4. & 6.* quin hi melius ſibì conſultum ibunt, ſi initio cautionem ab uxore, quæ ab omnibus uſufructuariis præſtari debet, exigant, quod nimirum dotalitio uti frui velit, boni viri arbitratu. *l. 1. & tot. tit. ff. uſufurt. quemad. cav.* ab hoc enim onere ne uxores quidem eximuntur, quia incumbit omnibus omninò uſufructuarijs, Gail. *lib. 2. obſervat. 144. num. 16.* Carpzov. *Iuriſpr. for. part. 21. Conſtit. 42. def 7.* Non verò tenetur jure Dithmarſico domicilium habere, rebusque dotalitij frui, eo in loco, ubi ſitæ ſunt. *Iur. Dith. art. 37. §. 7.* Quod ſi autem maritus uxori ſuæ nullum dotalitium conſtituerit, ipſi jure Dithmarſico, ſi nulli liberi adſint, dimidiam bonorum partem teſtamento relinquere poteſt, ita tamen, ut uxor æſtimatione â quatuor peritis & integræ fidei hominibus in præſentiâ Iudicis facta, contenta ſit, pretioque accepto ipſa bona proximis mariti heredibus reſtituat. *art 37. § 9. 10. 11.* Quæ hactenus dicta ſunt de maritis, eadem in uxorum perſonis Iure Dithmarſico obtinent, ita, ut hæ maritis uſumfructum omnium bonorum, vel, ſi nullos liberos habent, proprietatem dimidiæ partis relinquere poſſint. *Iur, Dithm. art. 37. §. 12.*

## XXXVI.

Demum, ſi nulla adſunt pacta dotalia, nulla conſtitutio dotalitij, nec ſibi Conjuges in teſtamento aliquid reliquerunt perpendendum eſt, quomodo Conjuges ab inteſtato in jure tùm civili tùm Dithmarſico ſuccedant. Præmortuâ igitur uxore, quia onera matrimonij ceſſant, maritus utroque Jure Civili & Dithmarſico (1) dotem, niſi pactis dotalibus aliter fuerit conventum, (2) omnia bona tàm parapheinalia, quàm receptitia, in illis enim maritus nunquam habuit dominium, præterqnam ſi expreſsâ voluntate uxoris fuerit translatum, ſive ſint veſtes, ſive gemmæ, ſive hæreditates conſtante matrimonio ipſi uxori delatæ, uxoris hæredibus reſtituere tenetur *l. 30. C. de jur. dot. l. unic. C. de rei uxor. act. l. 8. l. ult. C. de pact. convent. tam ſup. dot. l. 9. §. 3 ff. de jur.*

*dot,*

*dot. Jur. Dithm. art. 34. init. & §. 1.* Fructus verò ex dote vel bo
illatis perceptos, ſive ſint conſumti, ſive extent jure Dithma
co maritus non reſtituit, *Jur. Dithm. art. 34. §. 2.* Jure Civ
extant, & ex bonis paraphernalibus ſunt percepti, ad eos re
tuendos eſt obligatus *arg. l. ult. C. de pact. convent. ſuper dot.* I
Brunnem *ad l. 8. & ult. C. de pact. convent.* Bona verò conſta
matrimonio acquiſita, jure Dithmarſico ſi uxor nullos liberos
liquit, inter maritum & uxoris heredes æqualiter dividenda ſu
*art. 34. §. 7.* jure Civili ad ſolum maritum ea pertinent. *l.*
*ff de donat. inter vir. & uxor.* videntur enim ex bonis mariti & e
induſtriâ acquiſita eſſe. Jure inſuper communi, ſi maritus n
eſt ſolvendo, habet beneficium competentiæ, & detra
neceſſarijs vitæ alimentis, quod reliquum eſt ex dote, reſtitu
tantum tenetur, & hoc vocatur in legibus in id quod facere p
teſt, maritus eſt obligatus *lib. 16. 17. de Re jud c. l. 20. l. 24*
*1. ff. eod.*

## XXXVII.

Mortuo verò marito, uxor, Jure Dithmarſico (1) ex bo
mariti dotem in duplum recuperat, ita ut alterum ſimplum ſit
ſtar donationis propter nuptias, niſi in pactis dotalibus aliter c
ventum fuerit, *art. 34. §. 3.* (2) dimidiam honorum mobilium p
tem. *d. art. 34. §. 4.* in immobilibus, quia hæreditariis & avitis
nis accenſentur, nihil juris poſt mariti mortem, uxori compe
*d. art. 34 §. 5.* (3) dimidiam bonorum conſtante matrimonio
quiſitorum portionem, *d. art. 34. 56.* & in his ferè omnibus, jus D
marſicum, â Civili, recedit præterquam enim, quod ſoluto m
trimonio dos propter ceſſantia matrimonij onera ad uxorem
ſimplum revertatur. *l. 30. C de iur. dot.* In reliquis mariti bo
ſive ſint mobilia ſive conſtante matrimonio acquiſita, nihil ju
uxor conſequitur, niſi forſan aliter in pactis dotalibus. vel te
mento mariti diſpoſitum fuerit, aut omnis parentum liberoru
ve, ſeu propinquorum legitima, vel naturalis ſucceſſio, defic
hoc enim caſu, maritus & uxor, ab inteſtato ſibi invicem in ſolid
ſuccedunt. *tit. ff & C unde vir & uxor.* quin & eo caſu, quan
matrimonium adeſt, ſine dote, hoc eſt, uxor ſuperſtes, inopiâ

bo

boret, nec Parentes locupletes habeat (2) matrimonium ſit juſtum (3) maritus prædefunctus ſit locuples: uxor, ſi liberi extant, iique ſive ejuſdem, ſive diverſi matrimonii; ubi tres ſunt, vel pauciores, uſumfructum in quartam omnium bonorum; ſi plures, in portionem virilem, conſequitur: Quod ſi liberi non extant, conjux præfertùr cognatis in illa quartâ, & dominium nanciſcitur. *Novell. 53. c. 6. Novell. 117. c. 5. Auth. præterea C. unde vir. & uxor.* & hòc jus in urroque conjuge obtinet. *Novell. 53. c. 6. init. in verb. etiam his ſervandis ſimiliter quidem in viris.*

## XXXIIX.

Interdum accidit, ut mariti hæreditas nimio ære alieno prematur, quo caſu uxor omnibus mariti creditoribus etiam hypothecam auteriorem habentibus, in exigendà dote jure tùm civili, tùm Dithmarſico præfertur *l. aſſiduis 12. C. qui pot. ſunt in pign. art. 34. §. 8.* dotes enim ſalvas & integras ſervari publicè intereſt. *l. 1. ff. ſolut. Matrim.* Quod bona verò Paraphernalia attinet, uxor jure Dithmarſico nullum jus, neque prælationis, neque pignoris, niſi expreſſa oppignoratio facta fuerit, *art. 34. §. 9. 11. 12.* Iure verò civili, ſi maritus bonorum paraphernalium adminiſtrationem habuerit, jus tacitæ hypothecæ, in ejus bonis conſequitur. *l. fin. §. ſin autem C. de pact. convent.* Gail *libr 2. obſervat. 92. n. 10.* Mynſing. *cent. 5. obſerv. 4.* & hoc intelligendum eſt, ſi bona à marito conſumta fuerint; quod ſi enim extant, ea uxor poſt mariti mortem, jure dominij, ſibi vindicat, & omnibus mariti privilegiatis, etiam creditoribus, præponitur. Carpzov. *Iuriſp. Forenſ. part. 1. con. 28. def. 86. n. 8.* Nonnunquam uxor, unâ, cum marito, in loco judicii, coram Magiſtratu bona ſua oppignorat, vel ſeſe obligat, ita, ut maritus & uxor ſint duo rei promittendi, vel pro marito fidejubet, & quia Judicis præſentia excludit omnem deceptionem à metu reverentiali timendam, illa negocia Jure Dithmarſico ſubſiſtunt, nec adverſus ea, mulier ſeſe exceptione Senatus Conſulti Vellejani tuebitur *art. 34. §. 13.* Cum Jure Cvili uxor unâ cum marito firmiter ſe non obliget, nec aliter pro eo efficaciter fidejubeat, licet fidejuſſionem ſæpius repetierit, quam ſi de beneficio Senatus C. Vellejan. ſpecialiter fuerit edocta, & huic præcipue ujuratò renunciaverit.

 No-

*Novell. 134. c. 8. Auth. ſi qua mulier. C. ad Senatus C. Velleian. arg. c. ex reſcripto 9. init. C. cum contingat. 28. extra de jur. jur.* Hæc tamen jurata renunciatio non ubique requiritur *vid.* Dn. Hahn *ad VVeſenbec. tit. ad Senatus C. Vellejan. n. 9. in fin.* Carpzov. *Juriſp. for. part. 2. conſtit. 16. def. 7. & 10.*

XXXIX.

Materiæ ſucceſſionis conjugalis, annectit Jus Dithmarſicum articulum aliquem, in quo de conſenſu Parentum in filiarum ſponſalibus neceſſariò (de filiis enim ſilet) agitur. Et, licet Jure Civili, eorum tantum parentum conſenſus in filiarum & filiorum familias nuptiis requiratur, qui liberos in poteſtate ſuâ habent, hoc eſt Patrum, *init. Inſtit. de nupt. l. 2. ff. de rit. nupt l. 25. ff. eod. l. 12. C. eod.* Tamen Jure Dithmarſico in filiarum ſponſalibus, utriuſque parentis, vel eo mortuo, proximorum cognatorum conſenſus, adeò eſt neceſſarius, ut ſi ijs inſcijs, & non conſentientibus ſponſalia celebrata fuerint, illa irrita ſint, & ipſo jure nulla; & præterea, uterque contrahens mulctâ 30 Marcarum pauperibus illius loci, ubi celebrata fuerint, perſolvenda, afficitur. *Iur. Dithm. art. 38.* Non tamen Parentes neque etiam cognati filiarum nuptiis ſine juſta causâ contradicant: quod ſi enim id ſibi ſumant, filiæ vel earum ſponſi coram Epiſcopo & Magiſtratu loci de eo conqueri poſſunt, qui cognitione cauſæ inſtitutâ ſecundum æquitatem id decident. *Iur. Dithm. art. 38.* Cum & Jure Civili, liberi, ſine Parentum conſenſu nuptias contrahant, ſi injuriâ prohibentur, uxorem ducere vel nubere *l. ff. de rit. nupt.* Principis enim conſenſus ſupplet tùm conſenſum Patris, qui conſentire, & poterat, & debebat. D. Luther *in libello* Von Eheſachen *part. 1. art. 5. §.* weiter findet man auch ſolche grobe Leute. Dn. Hahn. *ad VVeſenb. tit. de ſponſal. n. 4. verb. tunc autem diſſentiendi poteſtas eſt.* Dn. Carpzov. *libr. 2. Juriſprud. Eccleſ. def. 53.* Dn. Brunnem. *ad l. 19. ff. de Rit. nupt.* Vidua verò, ſi ſecundò nubere velit, Parentum, vel propinquorum conſilium, judicium & conſenſum, explorare, debet quemadmodum & filiæ emancipatæ minorennes, ob ſexus & judicii imbecillitatem Jure Civili id facere jubentur *l. 18. l. 20. C. de nupt.* ita tamen, ut ſi Parentes, vel propinqui, conſenſum ſuum injuſtè

dene-

denegent, etiam invitis iis, ſecundas nuptias contrahere poſſit. *Iur. Dithm. art 38. §.3. & 4.*

## XXXX.

Ad ſucceſſionis materiam pertinet collatio bonorum, Germanicè die Einwerffung der Güter / de quâ fundamentum, perſonas, inter quas locum habeat, bona, quæ in eam veniant, modum quomodo inſtituenda ſit, breviſſimè perluſtrabimus. Quia igitur inter liberos, quantum fieri poteſt, concordia fovenda atque propaganda eſt, contrà, quod eam turbat, & diſcordiæ ſemen gignit, planè eradicandum eſt. Cum autem eorum animi arctiſſimo vinculo conjungantur, ſi Parentibus æqualiter ſuccedant, (æqualibus enim æqualia deberi, optimè noverunt) Ideò Civili Jure perquam prudenter eſt conſtitutum, quando liberi Parentibus ſuis ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtatò ſuccedere velint, & unus, vel plures eorum, jam tùm à vivis Parentibus aliquid acceperint, eum vel illos, non prius cum reliquis ad hereditatem Parentum admittendos eſſe, quam ſi rem acceptam, vel vere hereditati intulerint, vel ſibi tantum detrahi patiantur *arg. l. 17. 20. Cod. de collat. Novell. 22. c. ult.*

## XXXXI.

Perſonæ, inter quas utroque Jure Civili & Dithmarſico locum habet collatio, ſunt cohæredes, non quidem omnes, ſed deſcendentes ſolùm, ſive liberi tàm maſculi, quàm fœminæ, tàm ſui, quàm emancipati, tàm primi, quàm ulterioris gradus, h. e. nepotes *l. 2. init. l. 7. ff. de collat. l. 17. l. 19. l. 20. l. ult. C. de collat. Iur. Dithm. art. 39. init §. 1. 2. 3.* Quando Parentibus, olim ab inteſtato, Iure Novellarum, etiam ex teſtamento, ſuccedunt & jam tum ab iis aliquid conſecuti ſunt, quod collationi eſt obnoxium *l. 1. 4. 7. C. de collat. l. 1. §. 7. ff. eod Novell. 18. c. 6. Iur. Dithm. art. 39. init. §. 1.* niſi forſan teſtator expreſsè deſignavit, ſe velle non fieri collationem, hoc ipſi Iure Civili eſt permiſſum, cum Parentes bona ſua inter liberos inæqualiter dividere poſſint *l. 8. Cod. de inoffic. teſtam. l. 39. § 1. ff. famil. herciſc. jung. l. ult. C. famil. herciſc.* Ex quibus ſimul colligitur, ſi liberi eo, quod jam tum â Parentibus in ipſos profectum eſt, contenti eſſe, & Parentum hereditatem repudiare velint, ab onere collationis eos eximi: cum illa

tantum iſtos premat, qui ad Parentum hereditatem conſequ-
dam aſpirant, *Iur. Dithm. art 39. init.* Quin & Iure Dithm
ſico, ab onere collationis immunes ſunt liberi ſeparati, hoc
qui certa portione bonorum acceptâ, in favorem fratrum
ternæ hæreditati renunciaverunt, quando, fratribus iſtis mortu
in quorum commodum renunciatio facta eſt, Parentibus ſuc
dunt, quod ipſis, non obſtante renunciatione, eſt permiſſum G
*lib. 2. obſ. 148. n. 10.* Muſc. *de ſuc. convent. concl. 6 lit. C. & ſe*

XXXXII.

Res conferendæ debent à Parentibus vivis, vel eorum
tuitu, in liberos eſſe profectæ, nec eo animo donatæ eſſe, ut
beri eas res præcipuas habeant, uti (1) eſt, dos filiarum, *integ.*
*ff. de collat. dot. Iur. Dithm. art. 39. §. 1. 2.* (2) Pecunia filio à Patre
negotiationem exercendam conceſſa, pertinet enim id, ad pe
lium profectitium, quod conferri debet, *Iur. Dithm. art. 39. §.*
(3) effuſi ſumtus, ad unius filii ſuſtentationem facti, na
alimentis neceſſariis accenſeri nequeunt *art. 39. § 3.* Contrà. Qu
cunque bona à Parentibus in liberos ſunt erogata, ad artes diſc
das, vel dignitates obtinendas, quales ſunt, ſumtus ſtudioru
alimentis enim æquiparantur. *l. 4. §. 5. ff. de carbon. Edict.*
planè recedunt à peculio quaſi caſtrenſi, regulariter conferen
non ſunt, *l. 50. famil hercíſ. judic. l. unic. C. de peric. ſucceſſ. pare*
*l. 1. §. 15. ff. eod. Iur. Dithm art. 39. §. 4.* niſi Pater credendi a
mo illos ſumtus miſit, vel immodici ſunt aut malè collocati fu
rint, *l. 50. ff. famil. hercíſc. Iudic. arg. l. 2. §. 2. ff. de collat. Iur. Dit*
*art 39, §. 4.* nec ſecundò ea bona conferuntur, quæ induſtriâ
operâ filiorum acquiſita ſunt: non enim ex bonis parentu
profecta, ſed ad caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia referri poſſunt,
illa collationis oneri haud ſubjacent, *l. 1. §. 15. ff. de collat l. ult.*
*eod. Iur. Dithm. art. 39. §. 6.*

XXXXIII.

Collatio fit duobus modis, re, vel cautione, re iteru
vel vere, vel fictè: verè; ſi res ipſa verè & actu inferatur, &
communem hæreditatem redigatur. *d. l. 1. §. 11. ff. de collat. I*
*Dithm. art. 39. §. 2.* fictè, variis modis; præcipuè autem, ſi coh
res tanto minus accipiat ex diviſione hereditariâ quantum fu

qu

quod jam accepit, Germanicè, Er muß ſo lange zu rücke ſtehen in der Theilung / bis die andern auch ſo viel bekommen haben als er ſchon hat. *l. 1. §. 12. ff. de collat. l. 5. C. eod. Jur. Dithm. art 39. §. 1. 3. 4.* Rittersh. *ad Novell. part. 7. cap. 2 2. n. 9.* Cautione fit quando coheres rem conferendam non in numeratohabet, ſed cavet tantùm de eâ conferenda, pignoribus, vel fidejuſſoribus, quod Iure Civili permiſſum eſt *d. leg. 1. §. 9. ff. de collat.*

XLIV.

Quemadmodum porrò, in nonnullis Germaniæ locis, moribus & conſuetudine ſervatur, ut extraneo non aliter liceat hereditatem relictam alibi transferre, quàm ſi ipſi certa portio, veluti decima, quarta, tertia detracta fuerit, quæ vocatur, der Abzug / der Nachſteur / *Receſſ. Imp. d. Anno, 1594. §. und ſo viel. 81. Andr.* Rauchbar. *part. 1. quaſt. 15. n. 8.* Ioh. Cöppen. *deciſ. 6.* Carpz. *p. 3. conſt. 38. def. 19.* ita & Iure Dithmarſico, ſi extraneus hereditatem ſecum aufferre velit, decimam portionem fiſco relinquere tenetur. *Jur. Dithm. art. 40.* licet hoc jus detractionis ſive deductionis ab Imperatore Iuſtiniano abrogatum videatur, *in l. ult. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollend.* Carpzov. *dict. loc.* Brunnem. *ad d. l. ult. in fin.*

XLV.

Quandoquidem porrò donatio, partim in virtute liberalitatis, partim in amicitiâ, fundata eſt, cum ad eam exercendam nemo cogatur, & amicis tantùm aliquid donare ſoleamus. *l. 29. ff. de donat. l. 82. ff. do Reg. Iur.* Ius verò Dithmarſicum virtutes in cives introducere, eorumque animos honeſto amicitiæ vinculo conjungere, omninò fatagit, ideò nec donationis materia, in eo planè intacta relinquitur: ubi 1. conſiderandæ ſunt perſonæ, tàm donantis, quàm donatarii; in donante, quia donatio eſt ſimilis emtioni venditioni *§. 2. Inſt. de donat.* requiritur conſenſus & voluntas donandi, cùm nemo ignorans & invitus aliquid donet, *l. 10. C. de donat* Perindè autem eſt, ſive verbis, iiſque vel ore prolatis, vel in Epiſtolâ ad abſentem ſcriptis, ſive facto declaretur *leg. 10. ff. de donat. leg. 6. l. 7. C. eod.* 2. Facultas donandi, quam habet is, cui libera rerum ſuarum admini-

miniſtratio eſt commiſſa, *arg. l. 12. C. de donat. l. 21. C. mand.* quia d
natio eſt ſpecies alienationis. 3. Iure Dithmarſico requiritur
Donator ſit Paterfamilias, *Iur. Dithm. art. 41. init.* nec in adv
sâ valetudine conſtitutus, *d. art. 41. init.* ille enim neque
xonico neque Dithmarſico inter vivos donare poteſt, Wei
*art. 85.* Landr. *lib. 1. art. 12.* Coler. *deciſ. 11.* In terrris tamen
xonis id conſuetudine non ſervari, ſed ægrotos, inter vivos do
re poſſe, tradit Carpzov. *in Iuriſp. for. part. 2. conſt. 12. def. 11.*
In donatarii verò perſonâ, requiritur, ut vel ipſe, vel alius e
nomine donationem acceptet, *l. 55. ff. de obligat. & act.* Ignora
enim, & nolenti, liberalitas non acquiritur *l. 10. l. 19. §. 2. ff. de*
*nat. l. 26. C. eod.* nihil autem intereſt, ſive ſit cognatus, ſive ext
neus, quia, quibus benè volumus, aliquid donare ſolemus, ſ
etiam ſit Eccleſia, vel alius pius locus, *l. 25. Cod. de Sacroſ. Ecc*
*Iur. Dithm. art. 41. init.*

XLVI.

Quod autem res attinet, illæ debent pertinere ad ipſu
donatorem, *arg. l. 54. ff. de R. I.* (2) in commercio hominum e
ſtere *l. 9. §. ult. ff. de donat. l. 14. C. eod.* In Jure Dithmarſico
terius diſtinguendum eſt, inter res noviter acquiſitas, & bo
hereditaria; illæ donari; hæc autem non poſſunt, niſi proximor
heredum conſenſus accedat. *Iur. Dithm. art. 41. init. §. 1.*
Quemadmodum autem Jure Civili donatio, excedens qu
gentos ſolidos, ita & Jure Dithmarſico donatio centum Mar
ſuperans, inſinuatione judiciali opus habet, aliàs, quoad exc
dentem ſummam, non ſubſiſtit, *§. 2. Inſtit. de donat. l. 34. 35. §.*
*C. eod. Novell. 162. c. 1. §. ult. Iur. Dithm. art. 41. §. 2.* Non ve
uti Jure Civili, ita & Dithmarſico, donatio ſolo conſenſu, tà
donantis, quàm donatarii perficitur, *§. 2. Inſt. de donat.* ſed in
per traditio rei donatæ accedat neceſſe eſt, aliàs Jure Dithmarſ
non valet, *Iur. Dithm. art. 41. §. 4.* In eo tamen iteru
Jus Dithmarſicum cum Jure Civili convenit, quod donatio
beris legitimam vel planè detrahens, vel imminuens ſaltem,
tenus in utroque jure pro inofficioſâ habetur, quatenus legiti
officit *tot. tit. C. de inoff. donat. Iur. Dithm. art. 41. §. 1.* Quo
tamen aliquis nullos liberos habeat, extraneis omnia ſua bo

mo

modò non ſint inhoneſtæ perſonæ, excluſis cogna-tis efficaciter donat *Iur. Dithm. art. 41. §. 3.*

XLVII.

Quemadmodum dotis conſtitutio, non ſolùm apud Romanos, verùm etiam apud alias moratiores gente, pertuit uſitata, tùm, ut filiæ honeſtioris conditionis maritos acciperent, *arg. l. 2. ff. de jur. dot.* tùm quod æquitas ſuggerat, ad maritos, qui onera matrimonii ſubeunt, dotis fructum pertinere debere, *l. 7. init. l. 56. §. 6. l. 76. in fin. de jur. dot.* tùm ut mulier dotata, eò melius à viro tractaretur, *arg. l. fin. C. ad Senatus. C. Vellej* tùm denique, ut fœminæ rei familiari eô diligentius ſtuderent: ita, nec Ius Dithmarſicum ab hoc ſaluberrimo inſtituto recedit, *Ius Dithm. art. 42. init.* ſed Parentibus imponit onus, filiabus dotem conſtituendi, *de art. 42. init.* cum, Iure Civili, hoc Patri regulariter ſolùm incumbat *l. 19. C. ff. de rit. nupt. l. ult. C. de dot. promiſſ.* mater demum in ſubſidium, quando Pater nimirum eſt inops, adeoque ſolùm ex juſtâ & probabili causa filiabus dotem conſtituat, *l. 14. C. de jur. dot.* Dn. Brunnem. *ibi.* Res, in quibus dos conſtitui poteſt, utroque Iure Civili & Dithmarſico, (1) debent eſſe in commercio maritorum, qui earum dominium, licet in rebus immobilibus reſtrictum interdum, nanciſcantur, *init. Inſt. quib. alien. lic. vel non lic. §. 40. in fin. Inſt. de rer. diviſ. l. 1. §. 1. 1. l. 13. §. 2. de fund. dotal. l. 7. §. 3. l. 10. §. 4. l. 42. ff. de jur. dot. l. 23. C. eod. l. 9. C. de rei vindic.* (2) Ita debent eſſent comparatæ, ut maritis propter onera matrimonij, utilitatem afferant, *leg. 7. init. ff. de jur. dot. leg. 56. §. 3. leg. 76. eod.* Nihil autem intereſt, ſivè ſint mobiles, ſive immobiles, ſive noviter acquiſitæ, ſive hæreditariæ, *l. 10. §. 4. l. 42. ff. de jur. dot. Iur. Dithm. art. 42. init.* In arbitrio autem Parentum Iure Dithmarſico ſitum eſt, in quâ quantitate filiabus dotem conſtituere velint, modò reliqui liberi in legitimâ non defraudentur, *Iur. Dithm. art. 42. init.* liberum enim eſt Parentibus, uni liberorum plus donare, quam alteri: is enim, qui plus accepit, ſi poſtmodum cum reliquis ſuccedere velit, portionem acceptam, uti ſuprâ latius demonſtratum fuit, ad inæqualitatem evitandam, conferre tenetur, *l. 1. §. 18. ff. de collat. Ius Dithm. art. 42. §. 1.*

XLIIX. Quia

## XLIIX.

Quia verò Reipublicæ intereſt, dotes mulieribus conſerv
*l. 1. ff. ſol. matrim. leg. 2. ff. de jur. dot.* idcircò uxores
ſtante matrimonio, ſi mariti ad inopiam vergunt, quod
fieri putatur, quando evidentiſſimè apparet, eorum facultate
dotis exactionem non ſufficere, dotem Iure Civili vindicare
ſunt, ita tamen, ut nullam habeant licentiam, res dotales
nandi, vivo marito, & matrimonio nondum verè diſſoluto
fructibus earum ad ſuſtentationem, tàm ſui, quàm mariti,
rorumque, ſi quos habent, tantum utantur, *l. 24. init. ff. ſol.*
*trim. l. 29. C. de jur. dot.* Jure verò Dithmarſico, uxor, à m
to ad inopiam vergente, cautionem in dotis ſecuritatem ex
quâ præſtita, ipſe fructus rei dotalis percipit, iiſque, ſe, ſuam
uxorem & familiam ſuſtentat, *art. 42. §. 3 & 4.* Ob eun
dotis conſervandæ favorem, utroque Iure, Civili & Dithm
ſico, introductum eſt, ut mulier, ſoluto matrimonio, in dotis
actione, omnibus mariti creditoribus, etiam expreſſam hypo
cam antiquiorem habentibus, præferatur, *§. 29. Inſtit. de ac*
*l. aßiduis. 12. C. qui pot. ſunt in pign. Novell. 97. c. 3. & 4. Iur. Di*
*art. 42. §. 5.*

## XLIX.

Cum humanæ fidei nihil ita congruat, quàm ut ea, quæ ſe
placuerunt, diligententer cuſtodiantur, *l. 20. C. de tranſact.*
jure tùm Civili, tùm Dithmarſico, eleganter conſtitutum
ut tranſactiones autoritatem rerum judicatarum habeant,
*20. C. de. tranſact. l. 2. ff. de jur. dot.* nec lites bonâ fide, & le
mis tranſactionibus finitæ, reſcripto Imperiali, vel ſub præt
inſtrumenti poſt reperti, reſuſcitari poſſint, *l. 16. l. 17. l. 29.*
*tranſact. Iur. Dithm. art. 43. init.* modò tranſactiones d
teſtibus, vel inſtrumentis probari poſſint, *art. 43. init. &*
nec vi, vel metu extortæ fuerint. *l. 13. C. de tranſact. art. 43.*
cum nihil conſenſui tam contrarium ſit qui & tranſactione
ſtinet quam vis, nec metus, *l. 116 init ff. de R. l.* Neque etiam
re Dithmarſico, quin nec, Iure Civili uti nonnulli volunt, illa
ſiſtit tranſactio, in quâ læſio ultra dimidium occurrit, *per l.*
*de dot. junct. l. 2. C. de reſcind vend. Iur. Dithm. art. 43. §. 2.*

tan

tamen propter læſionem ultra dimidium, illam Jure Civili infirmari poſſe negamus, quia tranſactio ſemper de re incertâ ac dubia initur, in quâ læſio ultra dimidium nunquam probari poteſt; accedit, quod res judicata cui tranſactio æquiparatur, *l. 20. C. de tranſact.* ejuſmodi læſione non reſcindatur, *arg. tot. tit. C. de re jud.* videatur Gail. *lib. 2. obſerv. 70.* Mynſing. *1. obſerv. 33.* Dn. Hahnius *ad VVeſenbec. in tit. de tranſact. n. 8.* ad verba: *ſed an ad læſionem.*

# CAPUT TERTIUM.

## De Contractibus, Viarum & Aggerum refectione, Præſcriptione & aliis adhuc civilibus negociis.

I.

ANtequam in demonſtranda convenientiâ Juris Communis & Dithmarſici progrediamur, pauciſſima quædam, principiorum loco, præmittenda ſunt, quibus materia contractuum videtur ſuperſtructa eſſe, ob hanc præcipuè rationem, quod Jus Dithmarſicum ab Artic. 44. uſque ad Artic 85 de pleriſque contractibus nominatis agat. Primùm igitur præſupponendum eſt ex Politicis, ſocietatem civilem non tantùm ad vivendum, ſed etiam ad benè vivendum, & ſic ad indigentiam Civium ſublevandam, introductam eſſe, Ariſt. *l. 2. Polit. c. 4. Edit. Conring* (2) Cum verò homo duobus tantùm indigeat, vel rebus, vel operâ aliena, eaque vel animi, vel corporis, indè neceſſariò infertur, duobus tantùm modis indigentiæ humanæ ſuccurri poſſe, vel rerum, vel operarum communicatione. Quia verò (3) plerique in ſocietate civili viventes, ſunt homines liberi, homo autem liber (4) non, niſi ex præcedente conſenſu, ad aliquid dandum vel faciendum regulariter cogi poſſit cum aliàs non eſſet homo liber; igitur (5) unus civis alteri ad res vel operas communicandas, non prius eſt obſtrictus, quàm ſi de aliquo dando vel faciendo conſenſum ſuum declaraverit: Cum autem (6) haud rarò accidat, ut promittens datam fidem implere nolit, unus autem civis in alterum, quia æquales ſunt, vim coactivam non habeat, ideò ſuperior ejuſmodi conſenſui & pro-

 miſſo

miſſo, de dando vel faciendo in multis negociis hanc ſupe
dit vim & efficaciam, ut ſi promiſſor fidem frangere velit
eo, ad illam præſtandam, & id, quod promiſſum eſt, dandu
vel faciendum, cogatur. Inque eô natura contractus, ſi il
à juris civilis placitis abſtrahere velimus, potiſſimum conſi
Neque enim ſufficit ſolus conſenſus de aliquo dando vel facie
interpoſitus, ſed inſupèr requiritur, ut ei à ſuperiori vis quæd
coactiva fuerit ſuperaddita, quò etiam aliquis invitus ad da
fidem implendam, cogi poſſit, & hoc eſt illud juris vincul
qud Imperator deſcribit *in Inſt. de obligat. quo neceßitate aſtring*
*alicuius rei ſolvendæ.*

II.

Ex hiſce ſimul apparet, ad omnem contractum req
conſenſum, ille autem vel verè vel fictè declaratur: ſi verè,
ſi fictè, quaſi contractus oriuntur. Sunt enim nonnulla ne
cia, Civibus, licet non conſentiant, utiliſſima, in iis leges fing
conſenſum interveniſſe, & dicuntur quaſi contractus, quale
eſt, negocium tutelæ in quo pupillus, licet infans ſit, conſen
præſumitur. Eo autem modo ſeſe res habet cum reliq
quaſi contractibus. Verus porrò conſenſus declaratur,
expreſſe, vel tacitè: expreſsè, verbis aut ore prolatis, aut in
pturam redactis; tacitè, factis. Et ejuſmodi conſenſus in o
vero contractu eſt neceſſarius: Qui iterum quadruplex eſt, §.
*Inſt. de obligat.* aut enim (1) ad ſui perfectionem tantùm conſen
requirit, quocunque etiam modo ille fuerit declaratus, & dici
conſenſualis: aut (2) præter conſenſum, res interveniat, nec
eſt, & realis appellatur: aut demum (3) ſcripturam ad ſui perfect
nem exigit, & venit nomine literarum obligationis: aut deniq;
non aliter perficitur, quam ſi conſenſus verbis ſolennibus, &
prolatis, declaretur, & vocatur. Jure Civili, verborum obliga
ſive ſtipulatio. Duos poſteriores ſilentio præterit; priores v
pertractat Jus Dithmarſicum. Et quidem initium facit à realib
contractibus, quorum quatuor ſunt: Mutuum, Depoſitum,
gnus, Commodatum, *§. ult. Inſt. quib. mod. re contrah. obig.*
Cum enim hi contractus re ineantur, illa autem res 1, tradatur
eu

eum finem, ut accipiens dominium nanciſcatur, obſtrictus tamen ſit, ad rem ejuſdem generis, qualitatis & quantitatis reſtituendam, & indè reſultat, contractus mutui: aut verò II. tradens, non transfert dominium rei in accipientem, ſed uſum tantum gratuitum iſtiæs rei, ad certum tempus concedit, & indè oritur commodatum: vel III. tradens, tantùm cuſtodiam rei alterius fidei committit, & indè deſcendit, depoſiti contractus: vel denique IV. debitor ſua bona, vel omnia, vel partem eorum vel unam aliquam rem pignoris loco, & in ſecuritatem crediti tradit & ille contractus pignoratitius appellatur.

III.

Vt autem ductum Juris Dihmarſici ſequentes, à contractu mutui, exordiamur duo tantùm in eo conſideranda ſunt, alterum eſt, quomodo debitum litigioſum, ſi teſtes, vel inſtrumenta deficiant, probari poſſit, alterum eſt, quomodo moroſi debitores ad ſolutionem cogendi ſint. Quod (I) attinet, creditori teſtes & inſtrumenta deſunt, quidus debitum ſuum probet, ipſi ad extraordinarium, & ſubſidiarium probationis remedium, utroque Jure Civili & Dithmarſico confugere, & debitori juramentum deferre licet, quo vel ſe à mutuo exacto purget vel Creditori illud referat, qui hoc caſu, ſi cauſam amittere nolit, debitum ſuum præſtatione juramenti corroborare tenetur, *l. 34. init §. 6. 7. 9. l. 35. init. ff. de jurej. l. 12. init. §. 1. C. eod. Iur. Dith. art. 44. init. & §. 1.* Quod ſi autem debitum eſt liquidum, & confeſſum, & debitor in morâ perſolvendi debiti conſtituatur, Judex ad implorationem Creditori factam, Jure Dithmarſico mandatum de debito, intra 14. dies ſolvendo ſub pœnâ 18. aſſium cum clauſulâ decernit, cui, ſi intra præſtitutum tempus non fuerit obtemperatum, mandatum iteratur, ſub pœna trium Marcarum; quin tertiâ vice reo contumaci ſolutio, ſub pœnâ 40. marcarum, novo decreto injungi ſolet. Quod ſi tum Reus in priſtina contumaciâ malitioſè perſeverat, nec juſtas cauſas Magiſtratui allegare poſſit, ob quas ſolvere non ſit obligatus, Judex Creditori tantum ex debitoris rebus loco pignoris tradit, quantum ad ſecuritatem crediti requiritur, & ſi forſan res mobiles non

 ſuffi-

ſufficiunt, in res immobiles ſolet ſimul fieri immiſſio. Præte
debitor contumax Jure Dithm. ſuæ contumaciæ pœnam lui
mulctam injunctam, niſi ipſi aliquid fuerit remiſſum, perſolv
tenetur, *Iur. Dithm. art.* 44. §. 2. 3. 4. 5. 6. Idem exequendi mo
adverſus moroſos debitores, Jure Civili, eſt uſitatus; (1) enim
rebus nobilibus pignora capiuntur, *l.* 4. 15. §. 2. *& ſeq. ff. de re*
*l.* 1. 2. *& integr. tit. C. de execut. rei jud.* &, ſi illa non ſuffici
immobilia, pro quantitate debiti, capiuntur & diſtrahuntur,
§. 2. *& ſeqq ff. de re* jud.

IV.

Non tantum autem debitores ipſi, verùm etiam ejus cog
& heredes, utroque Jure Civili & Dithmarſico, æs alienum perſo
re tenentur; tùm, quod heres pro una eademque perſonâ, cum
functo habeatur, tùm, quod in omnia jura mortui, nec tantum
commoda, verùm etiam onera hereditaria ſuccedat, licet æs
num, res hereditarias, longè ſuperet, *l.* 37. *de acquir. vel omitt. h*
*l.* 9. §. 12. *de hered. l.* 34 *l.* 78. §. 1. *de V. O. l.* 59. *l.* 128. §. 1. *ff. de R. I.*
*Dithm art.* 45 *init. &* § 1. niſi forſan heres cum beneficio inven
hereditatem adeat, & de rebus hereditariis inventarium aliquo
gitimè confici curet tum enim ultra vires hæreditarias non ten
*l. ult. C. de jur. delib Novell.* 1. *c.* 2. §. 1 *&* 2. *Iur. Dithm. art.* 45. §. 2
ejuſmodi autem inventarium ritè conficiendum, Jure Dithmar
requiritur (1) ut hoc fiat antequam heres rebus hereditariis
tur, & ſeſe pro herede gerat; (2) ut ab Actuario Judicij, Ger
nicè, Gerichtſchreiber/conficiatur; (3) ut in præſentiâ duorum t
um & ipſorum heredum, fideliter & accuratè, omnes res her
tariæ deſignentur, & ſic ritê Inventarium perficiatur, §. 2.
*art* 45. Jure Civili ſequentia in eo conficiendo obſervari ſol
1. ſi heres eſt præſens, illud non tantùm intra trimeſtre ſpat
inchoare, verum etiam abſolvere debet, ſi abſens eſt, concec
ipſi annuum tempus, à die mortis teſtatoris computandum,
§. 2. *&* 3. *C. de jur. deliber* (2) Conficiendum illud eſt, à Tab
rio ſive Notario publico, & unus quidem ſufficit, ubi olim
Creditores & legatarij citandi erant, quod hodiè obſervari no
let. Dn. Richter. *deciſ.* 59. *n.* 22. (3) Omnes res in hæreditat

po

pertæ , licet alienæ ſint, à Notario diſtinctim, h. e. per pondus, numerum, menſuram, in quantitate & qualitate, ei inſerendæ ſunt, adeò ut nec inſtrumenta omitti poſſint 4. Illud inventarium ab ipſo hærede aut ejus Procuratore, hoc modo eſt ſubſcribendum, quod hæc ſit quantitas hereditatis, & quod dolo nullam rem reticuerit: ſolet etiam proteſtatio quædam annecti, ſi forſan nonnulla inſerta, quæ inſeri non debebant, vel omiſſa, quæ inſerenda eſſent; quod ſi ipſe heres ſubſcribere non poſſit, pro eo Notarius publicus ſubſcribat, præpoſito ſigno crucis; verùm illius ſigni appoſitio hodiè exolevit, quin qualiscunque Inventarii defectus, hodiè juramento ſuppletur, Carpzov. *Iur. for. p 3. d. 6 & 7 in fin.* Brunnem. *ad l. ult. C. de jur. delib.* Jure Saxonico, etiam ſi heres Inventarium non confecerit, ultra vires hereditarias non tenetur, Landrecht *l. 1. art 6* Dn. Richter *deciſ. 60. n. ult.* Demum ſi heredes à defuncti debitoris hereditate ſeſe abſtineant, quod ipſis Iure tùm civili, tùm Dithmarſico, tanquam hominibus liberis eſt permiſſum *integr. tit. ff & C. de acquir. vel omitt hered. § 3. art. 45* æs alienum defuncti perſolvere non tenentur, *dict. §. 3 art. 45.*

## V.

Tranſgrediendum eſt ad contractum Commodati, cujus indoles in eo conſiſtit, ut unus alteri uſum rei ſuæ gratis, & ad certum tempus concedat, ut finito uſu rem haud deterioratam in eadem ſpecie reſtituat, *§. 2. Inſt. quib. mod recont. oblig. l. 17. ff. commod* Ex quibus textibus ſimul eleganter colligitur, Commodatum in honeſta amicitiâ fundamentum habere, amicus enim amico rei uſum ſuæ gratis concedere ſolet ad certum tempus, inde etiam in allegatis textibus commodatum, beneficium appellatur, & *magis voluntatis & officii, quam neceßitatis* eſſe, dicitur. Quia tamen Commmodatarius pro accepto beneficio ſe ingratum præbere non debet, idcircò (1) eſt obligatus, utroque Jure, Civili & Dithmarſico ad rem commodatam, finito uſu, commodanti reſtituendam §. *2. Inſt quib. mod. re contrah oblig.* ita quidem, ut ſi culpâ etiam leviſſima ipſius Commodatarii deterior fuit reddita, vel planè perierit, damnum omne commodanti

danti ſit reſtituendum, tùm, quod ſolius Commodatarii utilitas in hoc contractu verſetur, *leg. 3. §. 2. ff. commodati l. 23. de R. I.* tùm, quod exactiſſimam diligentiam commodatarius in re commodatâ, præſtare teneatur, *§. 2. Inſt. quib. mod. re cont. obli. l. 1. §. 4. de oblig. & action l. 18. ff. commodati. art. 4. init. §. 1. Iur. Dith.* Non verò damnum caſu fortuito datum ad ipſum commodatarium, ſed ad commodantem, utroque jure civili & Dithmarſico, pertinet *§. 2. Inſt. quib. mod. re cont. oblig. l. 5. §. 4. l. 18. ff commodati l. 1. C. eod. Iur Dithm. art. 46. §. 2.* quia res perit ſuo Domino. *l 9. C. de pignorat. actio* & debitor rei certæ ſive ſpeciei interitu iſtius rei ab obligatione liberatur. *l 33. ff. de V. O.* nec regulariter caſus fortuiti in contractibus præſtandi ſint. *l. 23. ff. de R. I. l. 18 princ. ff. commodati.*

VI.

Quia hominum fides valdè lubrica & fallax eſt, adeò, ut ſemper metus ſubſit, ne unus alteri in contrahendo decipiat, & præcipuè in contractu mutui, ubi Creditor debitoris fidem ſequitur, ipſi metuendum ſit, ne à debitore pecuniâ ſive re mutuo datâ, emungatur, ideò modi quidam excogitati ſunt in Iure noſtro, quibus unus alterum adverſus futurum damnum ſecurum reddat, & illi ſunt triplices; aut enim hoc fit verbis, aut rebus, aut perſonis. Verbis, vel ſimplicibus, vel religioſis; h. e. ſi debitor ſolutionem juratò promittat: Perſonis; ſi fidejuſſores conſtituantur. Rebus; ſi creditori pignus vel hypotheca in bonis debitoris concedatur: de duobus poſterioribus modis præcipuè in jure Dithmarſico agitur. Et (1) quidem de fidejuſſoribus, ubi notandum eſt, quod fidejuſſio Jure Dithm. ſub pacto obſtagii, Germanicè Leiſtung/ fieri poſſit, ita, ut fidejuſſores promittant, ſe, debitore non ſolvente, ad certum locum venturos, neque diſceſſuros, donec Creditori ſatisfactum ſit, *Iur. Dithm. art. 47. §. 2. & 4.* qui tamen fidejubendi modus, in Imperio Germanico eſt abrogatus; *Refor. Polit. de Anno 1577. tit. 17 §. 10.* Quando autem debitor Fidejuſſores conſtituerit in ſecuritatem crediti, olim Iure Civili, & adhuc jure Dithmarſico, creditoribus poteſtas datur, vel ipſum principialem debitorem, vel fidejuſſores, eosque vel plures,

res,

res, vel unum, prout ipſis commodum viſum fuerit, convenien-di, ita, ut Jure Dithmarſico, fidejuſſoribus neque excuſſionis, neque diviſionis beneficium competat, *l. 2. 3. 5. l. 16. 19. 23. l. 28. C. de fidejuſſ. Iur. D. art. 47. init. & §. 1.* Cum tamen, Iure Civili novo, ſi debitor præſens, & ſolvendo eſt, neque fidejuſſores beneficio ſuo renunciaverunt, ijque, priusquam principalis debitor excuſſus fuerit, conveniuntur, tueri ſe poſſunt beneficio & exceptione excuſſionis. *Novell. 4. c. 1. Auth. præſente C. de fidejuſſ.* Quin & ſi plures adſint, ſinguli, jure novo, non in ſolidum, ſed tantùm pro ſuâ portione, modò reliqui ſint ſolvendo, conveniendi ſunt, aliàs ex Epiſtolâ Divi Hadriani tuti erant beneficio ſive exceptione diviſionis, *§. 4. Inſt. de fide juſſ. l. 26. ff. ibid. l. ult. C. de conſtit. pec.*

## VII.

Quod ſi unus fidejuſſorum integrum debitum perſolvit, & ipſi à Creditore adverſus reliquos fidejuſſores, vel principalem debitorem ante exſolutionem debiti actiones ceſſæ, vel inſtrumentum obligationis traditum fuit, quod, Iure tùm Civili, tùm Dithſmarco, permiſſum eſt; *l. 17. l. 36. l. 39. ff. de fidejuſſ. l. 2. l. 11. Cod. eod. Iur. Dithm. art. 48.* Ille reliquos fidejuſſores, vel principalem debitorem, prout è re ſuâ fore arbitratur, actionibus ceſſis convenire poterit, *per dd. text.* Præter haſce, aliæ adhuc ſidejuſſoribus adverſus debitores, actiones competunt, ſi eorum nomine debita perſolverint, aut enim expreſsâ debitoris voluntate & mandato factum fuit, & fidejuſſoribus actio mandati, aut pro ignorantibus vel abſentibus id fecerunt, & negotiorum geſtorum actio datur *§. 6 Inſt. de Fidejuſſ l. 6. §. 2. l. 10. §. 11. l. 20. §. 1. ff mandati. l. C. eod* Quod ſi mandato tertii ſuam fidem pro debitore interpoſuerunt, quia fidejuſſores ſunt ſecuti fidem mandatoris, ideò, ſi debitor non eſt ſolvendo, & fidejuſſores ad perſolvendum debitum coguntur, regreſſum habent adverſus mandatorem, & ab eo omne damnum, ex fidejuſſione in ipſos redundans, actione mandati, jure tùm Civili tùm Dithmarſico, recuperare poſſunt. *l. 12. §. 14. ff. mandati. Iur. Dithm. art. 49.*

IIX. Cre-

Creditores ſi damnum ſibi metuunt à ſuis debitoribus, ſo lent ſecuri reddi, vel per perſonas & fidejuſſores, de quibus hacte nus actum fuit, vel rebus & pignoribus, de quibus aliquid adhu addendum venit. Hoc iterum fit duobus modis, aut enim de bitor ita rem ſuam Creditori oppignorat, ut poſſeſſionem reti neat, & vocatur Iure Civili hypotheca; aut verò debitor Credi tori rei oppignoratæ poſſeſſionem ſimul tradit, & pignus voca tur, *§. 7. Inſt. de action l. 9. §. 2 ff. de pignorat. act. l. 2 38. ff. V. S* Licet autem in hac materiâ perſonæ, res & modus conſtituenc pignoris conſiderari deberent, quia tamen in Iure Dithmarſic hæc omnia ſilentio prætereuntur, pignoris effectus tantùm pe tractantur, noſtrum etiam erit, miſſis reliquis, hiſce poſterior bus paululum adhuc inhærere; primum igitur effectum ju prioritatis conſtituat. Quod ſi enim duobus vel pluribus un eademque res, & quidem diverſis temporibus oppignorata fui qui prior eſt tempore, hoc eſt, cui res prius fuit oppignorat prior etiam eſt jure, hoc eſt, ex iſtâ re oppignoratâ prius debitu ſuum conſequi poteſt, & quod ſupereſt, pertinet demum ad eun cui ſecundo loco res illa oppignorata fuit *l. 10. l 11. ff qui pot. ſu in pign l. 2 l. 4 7. l. 8. C. eod. Iur. Dithm art 50.* Illa tempor autem prioritas, non ex dierum tantùm & menſium, ſed etia ex horarum & momentorum intervallis æſtimatur, Gail. *l. obſerv. 25. n 9.* Dn. Richter *de concurſ. credit. ſect 3. c. 4 n. 13.* (2 Creditor, qui neceſſarias & utiles impenſas in rem oppignorata fecit, tamdiu iſtam rem ex ſoluto debito retinere, ſeque except one doli, adverſus debitorem tueri poteſt, donec ipſi eo nomine debitore fuerit ſatisfactum, *l. 8 ff. de pignorat. action. l. 25. ff. eo l. 7. C. eod. Iur. Dithm. art. 51. init.* Quod ſi forſan res debito fuerit reſtituta, actione pignoratitiâ contraria ſumtus factos r cuperabit, *l. l. 3 ff de pignorat. act. l. 7 C. eod.* Hoc igitur caſu, creditor & debitor de ipſarum æſtimatione inter ſe conveni nequeunt, Iure Dithmarſico, ad juſtam pretii æſtimationem fa endam à Iudice quatuor fide digni & incorrupti viri eliguntu *art. 51. §. 1.*

IX. Te

Tertius effectus in eo conſiſtit, ut debitor rem oppignoratam efficaciter vendere nequeat, quod ſi contra factum fuerit, Creditori Jure Dithm. integrum eſt, vel actionem adverſus debitorem inſtituere & ab eo petere ut rem oppignoratam redimat vel ab ipſo emtore actione hypothecaria rem oppignoratam vindicare *Jur. Dithm. art. 52.* Jure tamen Novellarum non aliter hoc poſterius eſt permiſſum, quam ſi principalis debitor primum excuſſus fuerit. *Novell. 4. c. 2. auth. hoc ſi debitor poßideat. C. de pignoribus.* Dn. Hahnius *ad VVeſenbec. tit. de diſtract. pig. n. 1.* quin emtori rei oppignoratæ liberum eſt utrum debitum perſolvere, & rem emtam retinere, an verò Creditori ipſam rem oppignoratam reſtituere velit: Creditor enim contentus eſſe debet, ſi ſuum debitum conſequatur, *l. 1. §. 3. ff. de pign. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv.* Creditor 4. in re oppignoratâ utroque Jure Civili & Dithmarſico dolum, culpam latam & levem præſtat, quia contractus pignoratitius utriuſque contrahentis gratiâ inſtituitur, *§. ult. Inſt. quib. mod. contrah. oblig. l. 5. §. 2. ff. commodati. l. 23. ff. de R. I. l. 13. §. 1. ff. de pignorat. action. Jur. Dithm. art. 53. §. 1.* Damnum verò, caſu, vel culpâ leviſſima datum, ad ipſum debitorem ſpectat, *l. 13. §. 1. ff. de pignorat. action. l. 19. ff. de pign. Jur. D. art. 53. init.* 5. Si debitor intra promiſſum tempus rem oppignoratam haud luit, Creditori poteſtas datur, illam rem legitimè diſtrahendi. *§. 1 Inſt. quib alie. lic. vel non lic. l. 4. de pignorat. act. l. ult. C. de jur. domin. impet. Jur. Dithm. art. 54.* Quæ diſtractio Jure Dithmarſico ſequenti modo fieri debet. Creditor tribus diverſis diebus Juridicis publicè & in Judicio debitori curet denunciari, utrum rem oppignoratam pignoris nexu liberare velit, eoque nomine debitor publicè citandus eſt, quod ſi ille pignus non liberat; Creditor autoritate publicâ in rem oppignoratam immittitur, ſimulque ipſi poteſtas datur, eam vendendi, & hoc modo debitum ſuum conſequendi, *art. 54. init. & §. 1.* Plures quidem in Jure Civili requiruntur ſolennitates in diſtractione pignoris *l. fin. C. Jur. domin. impetr.* Verùm hodiernam praxin ab iis recedere, & pignora conventionalia Judicis

ſolum autoritate juxta modum, qui aliàs in pignore judiciali c
ſervatur, diſtrahi, Dd. communiter ſtatuunt. Videatur Weſe
bec. *ad tit de diſtract. pign. n. 6* Carpz. *Iuriſp for. p. 1. c 2*. d
*136* Dn. Struvius *Exercit 26. theſ. 47* Huc 6. pertinet, qu
in contractu pignoratitio lex Commiſſoria, utroque Jure. Civ
& Dithm. locum non habeat: quæ in ejuſmodi injuſto pacto co
ſiſtit, ut ſi debitor rem oppignoratam intra certum tempus ha
reluat, incipiatpertinere ad ipſum Creditorem, iſque plenu
ejus rei dominium conſequatur. Quia verò ejuſmodi conve
tio maximam ſapit injuſtitiam, cum pretia rerum oppignora
rum plerumque quantitatem debiti longè ſuperent, ideò hoc J
daicum ſane & cùm iniquitate ac honeſto pugnans inſtitutum, ju
tum Civili tum Dithmarſico laudabiliter abolitum eſt, *l. ult.*
*de pact pign art. Iur. Dithm. 55.* Longè autem à lege commiſſ
riâ diverſa eſt conventio, inter Creditorem & Debitorem ini
ut ſi hic intra certum tempus non ſolvat, creditori liceat, re
oppignoratam juſto pretio vendere *l. 16. §. ult. ff de pignor. l.*
*ff. de contrah. emt. vend.* Quod pactum Jure Civili permiſſu
eſt, nec ullibi, in Jure Dithmarſico, prohibitum invenitur.

## X.

Reſtat adhuc ex contractibus realibus conſiderand
contractus depoſiti, cujus natura in eo ſita eſt, ut alicui res t
datur, ob eum finem, ut accipiens, qui depoſitarius dicit
rem ſuæ fidei commiſſam, gratis cuſtodiat & aſſervet; & qua
docunque deponenti libuerit, quia ipſius gratiâ initus eſt, eande
in ſpecie, non deterioratam reſtituat, *§ 3. Inſt. quib. mod. re co*
*oblig l. 1. init § 45. & 46. l 24. ff. depoſiti.* Quia verò unus alt
in hoc contractu operam ſuam gratis exhibet, idcircò in amici
honeſta fundamentum habere, nulla ſupereſt dubitatio, ami
enim, & quibus benè cupimus, operam noſtram gratis præſta
ſolemus. Obligatio ex hoc contractu deſcendens, de quâ m
ximè in Jure Dithm. agitur, in eô poſita eſt, ut depoſitarius
ponenti, licet prædo ſit. *l. 30. §. 1. ff. depoſiti.* vel cui hoc à de
nente eſt mandatum, rem depoſitam, quocunque tempore
ſtituat, *Iur. Dithm. art. 56.* Quod ſi tamen Dominus cum p
do

done deponente concurrat ille in rei depoſitæ reſtitutione ipſi prædoni eſt præferendus, *hac* enim *eſt juſtitia*, uti eleganter in *l. 31. § 1. ff. depoſiti.* dicitur, *quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione.* Interdum accidit, ut plures rem aliquam communem deponant, & quando major pars eam repetit, illi eſt reſtituenda, Jure tùm Civili, tum Dithm. modò cautionem depoſitario præſtet, adverſus reliquos, qui ſimul depoſuerunt, eum indemnem ſervaturam eſſe. *Iur. Dithm. art. 58.* Jure tamen Civili, ſi res à pluribus depoſita dividi poteſt, cuilibet ſua portio eſt reſtituenda, *arg. l. 1. §. 36. l. 14. ff. depoſiti.* Major autem pars non ex numero perſonarum, ſed ex magnitudine portionum intelligenda eſt *l. 14. init. ff. depoſiti.*

## XI.

Depoſitarius porrò, quia rem depoſitam gratis cuſtodire tenetur, officium ſuum transgreditur, ſi pecuniam vel argentum apud ſe depoſitum contrectet, inque propriam utilitatem convertat, & Jure tùm Civili, tùm Dithmarſico, furtum committere dicitur, neque ſolum rem depoſitam reſtituere eſt obligatus, verum etiam arbitraria & extraordinaria pœnâ uti relegatione vel mulctâ afficiendus erit, *l 29 ff depoſiti Conſt. Carol. art. 170. Iur. Dithm. art. 59* Matth. Steph *ad Conſt. Carolin. art. 170.* Carpz. *in prax. Crim. quæſt. 85. n. 79. & ſeq.* Dn. Brunnem. *ad. l. 1. § 25. ff. de l. poſ. 5. §. 2 ff commodati. l 32. ff. de Reg. I. Iure Dithm. art. 60. init.* Damnum etiam dolo & latâ culpa in re depoſitâ datum, deponenti reſtituet *l. 1. §. ult. l 32. ff. depoſit. l. 32. ff. de Reg. Iur. l. 5. §. 2. ff. Commod Iur. Dithm. art. 60.* Quin ſi depoſitarius diligens Paterfamilias exiſtit, quia eandem in re depoſitâ cuſtodienda, quam in propriis rebus, induſtriam adhibere jubetur *l. 32. ff. de R. I.* levem culpam præſtabit, & hoc vocant Dd. noſtri, in abſtracto depoſitarius tantùm latam, in concreto levem præſtat: damnum verò caſu fortuito datum ad depoſitarium utroque Jure Civili & Dithmarſico non pertinet, quia in nullo contractu id regulariter præſtatur, & res ſuo Domino perit. *l. 9. C. de pignorat. act. l. 18. princ. commodati. l. 52. § 3 ff. pro ſocio. art. 62. §. 1.* Quoniam porrò viatores plerumque cauponum & nautarum fidem

 ſequi

ſequi & res ſuas eorum cuſtodiæ committere tenentur; *l. 1. §. 1. ff. naut. cau. ſtab.* ideò Jure tùm Civili tùm Dithm. conſtitutum eſt, ſi res in navim, vel cauponam à viatore immiſſa, furto au- feratur, nautam & caupones eo nomine obligatos eſſe, quoni- am, uti eleganter JCtus Ulpianus loquitur, *in l. 1. §. 1. ff. nau caupon. niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur cum furibus adverſ- eos, quos recipiunt, coëundi; cum ne nunc quidem abſtineant huiuſmo- di fraudibus.* Jure tamen Dithmarſico ſimul requiritur, ut re cauponi vel nautæ aſſignentur *art 57. §. 1.* quod Jure Civ. non eſt ne- ceſſarium, *l. 1. § 8. ff naut. caup. ſtab.* damnum verò fatale, uti eſt v piratarum, vel incendium, non præſtatur, *l. 3. §. 1. ff. eod.* neque e- iam hoc caſu damnum reſarciendum eſt, *quando caupo vel nauta pr- dixerit, ut unus quisque vectorum res ſuas ſervet, neq; damnum ſe pr- ſtaturum, & conſenſerint vectores prædictioni l. 7. init. naut. caup. ſta*

XII.

Abſolutis contractibus realibus, in Jure Dithmarſico ſu- nectuntur tres contractus conſenſuales, emtio venditio, loc- tio conductio, & ſocietas. Cum verò ex hiſce, contractus en- tionis venditionis in ſocietate civili ad indigentiam civium ſu- levandam maximè videatur neceſſarius ac utilis, præſertim cum nulla Reſpubl. ne ad breve quidem tempus abſque hoc contr- ctu felix ac beata eſſe, & ſi hoc addere licet, planè non ſub- ſtere poſſit, ideò Jus Dithmarſicum haud immeritò ab hoc co- tractu initium facit, dèque eo ſic ſatis prolixè agit, eſſentialia e- fectus, pacta nonnulla quæ contrahentium conventione ei adij- ſolent, conſiderans. Tria igitur Jure tùm Civili, tùm Dithma- ſico conveniant, neceſſe eſt, ut contractus emtionis venditior legitimè perfectus dicatur, conſenſus de merce & pretio *l. 2. 1. l. 9. princ ff. de contrah emt. Vend. l. 2. §. 2. ff. de rer. permut. l. init ff. de peric. & com. rei vend. Iur. Dithm. art 61. init.* non ve- opus eſt, ut arrha interveniat, licet utroque jure civili & Dithma- ſico ex arbitrio contrahentium ſæpius huic contractui accede- re ſoleat, nam eſt accidens aliquod & acceſſorium emtion- venditionis, quod ei non aliter, niſi conventione partiu ineſt.

Ho

XIII.

Hoc inſuper diſſimulari nequit, quamvis vocabulum arrhæ à nonnullis Doctoribus, uti Heringio, Oldendorpio & Rebhahnio Anteceſſore Argentoratenſi celeberrimo ſumatur pro ſancto denario, & nummo in emtione venditione dari ſolito, Germanicè Der Gottespfennig. eandemque opinionem fovent Autores Juris Dithmarſici; nos tamen cum beato Dn. Hahnio olim lumine hujus Academiæ, & Jureconſulto famigeratiſſimo arbitramur, arrham verè à ſancto denario eſſe diſtinctam: hic enim ex pietate contractu perfecto ab emtore in res ſacras & pauperes erogatur, ut contractus fauſtus felixque procedat, & nunquam repetitur. Dn. Mæv. *Comm. ad Jus Lubec. p. 3. n. 11.* Dn. Hahn. *in obſervat. ad VVeſenbec. tit. de contrah. emt. vend. n. 1.* arrha verò tàm ante perfectam emtionem venditionem quàm ea celebrata, confirmanda contractus gratia, ab emtore dari ſolet. Non tamen cum arrharum, quemadmodum Jure Dithmarſico, cum ſancti denarii diſpendio, *art. 61. §. 1. & 2.* à perfectâ emtione venditione Jure Civili recedere licet, ſed hoc jure diſtinguendum eſt, utrum arrha ante perfectum emtionis venditionis contractum data ſit; an illo jam tum perfecto; iſto caſu, licet quidem cum arrharum diſpendio à futuro contractu diſcedere, ita tamen, ut ſi emtor promiſſum contractum perficere nolit, arrham datam amittat: ſi venditor, ad illum in duplum venditori reſtituendum ſit obligatus. *init. Inſt. de emt. & vendit. l. 17. C. de fid. inſtrum. l. 11. §. 6. ff. de Act. Etm. l. 2. C. quand. lic. ab emt. diſce.* Hoc verò caſu non aliter id permiſſum eſt, niſi contractus contrahentium diſſenſu prius diſſolvatur; & ſi forſan ab unâ parte impletus fuerit, hoc eſt, vel merx fuerit tradita, vel pretium perſolutum ſit, illud quod datum eſt, reſtituatur *arg. l. 3. l. 6. C. de reſcindent vendit.* eodem enim modo, quo aliquid colligatum eſt, iterum diſſolvi debet *l. 35. ff de Reg. I. l. 80. ff. de ſolut.* Jure autem Dithmarſico tàm à futuro, quâm perfecto contractu emtionis venditionis cum arrharum diſpendio recedere permiſſum eſt, ita tamen, ut, ſi emtor hoc faciat, arrham datam amittat, ſi venditor, arrham in duplum reſtituere, & præterea ſi emtoris



inter-

intereſt, contractum impleri, ad illud intereſſe emtori præſtand
ſit obſtrictus, *art. 61. §. 1. 2. 3.*

XIV.

Secundum emtionis venditionis eſſentiale eſt pretium,
autem in Jure Dithmarſico de eo afferuntur, primum eſt q
ſicuti Jure Civili, ita & Dithmarſico, illud debeat eſſe certum
determinatum. §. *1. Inſt de emt. vend. l. 25. §. 1. ff. de contrah*
*vend. l. 5. C. eod. Iur. Dithm. art. 62*, antequam enim hoc non
ctum fuerit, contractus emtionis venditionis non ſubſiſtit. *art*
*init.* Certum autem eſt vel expreſſa contrahentiũ determinati
vel determinatione pretii in arbitrium tertii collatâ, quo caſu
prius venditio valet, quam ſi tertius quantitatem pretii definiv
§. 1. *Inſt de Emt. Vend l. ult C. de contrah emt. vend. Iur. Dithm. ar*
§ *2.* Non verò utroque Jure Civili & Dithmarſico ſubſiſtit emt
venditor rem emtori eo pretio vendat, quantum ipſi æquum
debitur, quia hic non adeſt certum pretium, *l. 35. §. 1.* Sec
dùm, quod Jus Dithmarſicum circa pretium conſiderat, eſt
unus contrahentium alterum, in vero & communi rerum
tio ultra dimidium lædat: hoc enim facto, jure quidem Dithn
ſico contractus Emt. vendit. ipſo jure eſt nullus & irritus
*art. 72. Init.* Jure verò Civili, valet quidem, reſcinditur tam
remedio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* perindè autem eſt, ſive ve
tor ſive emtor in pretio læſus fuerit, cum Jus Dithmarſic
univerſaliter loquatur & licet verba *l. 2. C. de Reſc. Vend.* ſo
emtoris mentionem faciant; tamen mens illius haud incomm
à Doctoribus ad ipſum venditorem extendatur. Propter la
nem verò infra dimidium pretii factam, non licet utroque
Civili & Dithmarſico contractum emtionis reſcindere, *art. 72.*
tum quod in pretio emtionis venditionis naturaliter li
contrahentibus ſe circumvenire, ſi forſan unus ſit ſolertior,
ex ſuo affectu & indigentiâ rem carius æſtimet, *l. 16. §. 4. ff. de*
*nor l. 22. §. 3. ff locat. conduct* tùm quod propter incerta & mutal
rerum pretia in Republ. hoc neceſſariò permittendum fue
ne alias omnes ferè emtiones non ſine maximâ Rerum publi
rum jacturâ ob minimas læſiones reſcindantur; ut jam non

C

cam quod emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi pretio votum gerentes, ad hunc contractum, accedant, *l. 4. C. de Reſcind. vendit.*

## XV.

Merx demum venum expoſita, quæ tertium emtionis venditionis eſſentiale requiſitum conſtituit, utroque Jure Civili & Dithmarſico non debet eſſe vitioſa. *Iur. Dithm. art. 69* ideò enim rem emimus, ut uſu iſtius rei indigentiam noſtram ſublevemus, res verò vitioſæ vel planè nullum uſum præbere poſſunt, vel ſaltem non eum præſtant qui ad indigentiam ſublevandam eſt neceſſarius, ideoque illarum venditio utroque Jure, Civili & Dithmarſico eſt prohibita. Contra verò eæ res vendi permittuntur, quas quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, neque ſunt vitioſæ. *l. 34. §. 1. ff de contrah. emt. vend tot tit. ff. de Ædilit. Edict.* ſive ſit pecus, ſive piſces, ſive ſtannum, ſive cuprum, ſive alia res vendi ſolita, *art. 69. init. §. 1. 2. 3. 4.* qui contra facit, & rem vitioſam vendere haud dubitat, Jure Dithmarſico non tantum pretium emtori reſtituere, ſuamque rem vitioſam recipere, verùm etiam fiſco mulctam triginta marcarum perſolvere tenetur, *Iur. Dithm. art. 69. §. 4. & 5.* idem in Jure Civili, ſi mulctam excipias, circa rerum vitioſarum venditionem eſt conſtitutum, adeò, ut venditor ad rem vitioſam recipiendam, & pretium emtori reſtituendum intra ſex menſes utiles à die contractus numerandos, & ſi rei vitium ſciverit, ad intereſſe ſimul præſtandum actione redhibitoria cogi poſſit, *l. 1. §. 1. l. 19. § fin. l. 37. ff. de Ædil. Edict. l. 13. ff. de act. emt. vend.* quod ſi pretii reſtitutionem detrectans contumax ſit, duplum ſolvere eſt obligatus *l. 45. ff. de Ædilit. Edict.* In venditione equi ſi venditor illum corpore, membris, ac oculis ſanum eſſe affirmat utroque jure civili & Dithmarſico ita præſtandus eſt, *art. 70. init. l. 79. §. 1. l. 38. §. 10 ff. de Ædil. Edict.* aliàs, ſi aliquid vitii in ipſius corpore deprehendatur, antequam emtor eò uſus fuerit, reſtituto pretio, emtor equum ſuum recipere tenetur &, ſi ſciens & fraudulenter vitium celavit, adhuc quartam pretii partem mulctæ loco, fiſco perſolvere eſt obſtrictus *art. 70. §. 1. & 2.* Quia

porrò

porrò multæ res, quæ pondere & menſurâ conſtant, quò p
tinent, res fungibiles non aliter, quam ad pondus & menſura
vendi ſoleant, idcirco Jus Dithmarſicum in eos, qui doloſe ul
menſuras, vel pondera, in rerum venditionibus non ſine ſum
emtorum & civium detrimento, adulterant, pœnam 30. ma
rum fiſco ſolvendam *art.75. init.§.3.* Jus verò Civile dupli pœn
cum relegatione, conſtituit *l.32.§.1.ff.ad L.Cornel.de falſ.* Conſt
tio demum criminalis pro magnitudine delicti & ratione
cumſtantiarum vel pœnam corporis afflictivam, quæ interdu
ad capitis pœnam augetur, vel ſolam relegationem iis injun
*Conſt. Carol. art. 113.*

## XVI.

Venditioni rerum immobilium utroque Jure Civili & D
marſico interdum ejuſmodi pactum adjici ſolet, ut vend
ejuſque hæredibus rem venditam ab emtore eodem pretio r
mere liceat, idque pactum appellatur, pactum de retrovend
do, Germanicè ein Wiederkauff / Wiederkäufflichen einem e
zuſchlagen *l.12.ff. de præſcr. verb. l.2.C.de pact. int. emt.& vendit.*
*D. art. 73.* Illud autem initur vel hoc modo, ut quando
que libuerit venditori ejuſque heredibus liceat rem redim
quo caſu jus redimendi, neque Jure Dithmarſico, neque
nonico, neque moribus hodiernis ullo tempore præſcribitur
certo tempore adjecto: & tum poteſtas redimendi ad illud t
pus tantùm eſt reſtricta, quo elapſo non amplius integrum
venditori vel ejus heredibus rem redimere, Carpzov. *par*
*conſt.1.def.8.& 9.& 5. Reſponſos El. 27. Ius Dithm. art. 73.*

## XVII.

Contractu Emtionis Venditionis perfecto, & pretio
luto, vel venditore fidem emtoris certo tempore & loco p
ſolutionem promittentis, ſequente: venditor rem venditam
tori tradere, modò ejus tradendæ facultatem habeat pr
utroque Jure Civili & Dithmarſico tenetur inque eo con
primus effectus Emtionis Venditionis *§. 1. verb. tunc*
*modo Inſtit. de emt. & vendit. §. 2. Inſtit. de donat. l.35. §*
*C. eod. l.11.§.2. l.46. l.50. ff. de act. emt. vend.* non verò præ
d

do intereſſe liberatur, quia ſubeſt obligatio dandi, non verò facien
cogitur enim venditor emtori rem tradere, *l. 11. §. 2. ff. de act. em
vend. vid* Dn. Hahn. *ad VVeſenbec tit. de act. emt vendit. n. 3.* Illa a
tem res vel eſt mobilis, vel immobilis: ſi mobilis, ſecundum pac
conventa; ſi immobilis, extra judicium tradenda quidem eſt; reſign
tio tamen dominii non aliter, quam coram judice fieri, actiſque J
dicialibus Jure Dithmarſico inſeri debet, *art. 63. §. 1. & 2.* cum Ju
Saxonico idem ad dominii translationem in bonis Emphyteuticis
cenſiticis, quin ſi alicubi ita receptum eſt, in omnibus bonis immobi
bus requiritur, Germanicè die Gerichtliche Aufflaſſung / das das Gu
von dem Verkäuffer gerichtlich aufgelaſſen / und dem Käuffer zug
ſchrieben wirdt. Dn. Frantzk. *libr. 2. reſol. l. 2. n. 8. & ſeqq.* Dn. Ric
ter. *de concurſ. cred. c. 2. membr. 19. n. 17. & ſeqq.* Uno tamen contr
hentium emtionem factam inficiante, ea probanda erit, quod, uti J
re Dithmarſico, ita & Civili duobus præcipuè modis fieri poteſt, v
per teſtes, qui huic negocio interfuerunt, & interdum nummos l
bales, uti vocantur, ſimul conſumſerunt, die den Weinkauff m
verzehren helffen / vel inſtrumento, ſuper hoc contractu confecto dur
den Kauffbrieff *art. 64. init. & §. 2. init. Inſtit. de Emt. & vend. l. 4.
de fid. inſt. l. 17. C. eod.*

## XIIX.

Venditione hoc modo probatâ, contractus implendus, & r
emtori præcisè tradenda eſt, *art. 64. §. 1.* niſi tertius interveniat, c
jus retractus, ſive protimiſeos, einſtand / rück oder näher Kauff / Ju
Dithmarſico, competat, ille enim, quia jus prælationis habet, int
tempus definitum rem tertio venditam, ſi æquale pretium offert, ſi
redimere & revocare poteſt, & hoc privilegio in Jure Dithmarſico fr
untur, (1) ſocii, inter quos res aliqua eſt communis, uno enim ſua
rem diſtrahente, alter reliquis omnibus, ſi æquale pretium offer
præferendus eſt, *art. 65.* quo cum convenit conſtitutio Imperator
Friderici, *lib. 5. feud tit. 14. 15. & 16.* (2) proximiores venditorum
cognati, *art. 66.* & hic retractus in ſpecie gentilitius ſive conſanguin
tatis appellatur; Ut autem ille locum inveniat, eadem fermè, quæ e
univerſali Germaniæ conſuetudine & conſtitutione Friderici, etiam
in jure Dithmarſico requiruntur. Nam (1) ipſi retrahentes deben
eſſe conſanguinei, ſive uti in Conſtitutione Friderici appellantur pa
rentes, *Conſtit. Frid. lib. 5. feud. tit. 13. Iur. Dithm. art. 66. init. art. 67. init*

K & pro

& proximi ſimul heredes ipſius venditoris: perindè autem eſt, ſive ſ
maſculi, ſive fœminæ, (2) res in quibus locum habet, debent eſſe a
tæ & immobiles, non verò à venditore noviter acquiſitæ, German
Stamgüter/Erbgüter / quo etiam Jure Dithmarſico pertinent re
tus hæreditarii, *art. 66. init.* §. 3. *art. 68.* §. 9 (3) retrahens idem preti
quod extraneus obtulit, in judicio verè deponere, vel ſaltem J
Dithmarſico cavere debet, quod venditori, re traditâ, idem perſolv
velit *art. 68.* §. 4. Ex conſtitutione verò Friderici retrahens preti
à tertio oblatum unâ cum legitimis uſuris, & expenſis neceſſar
quæ ex more recepto ab Emtore præſtari ſolent, uti eſt laudemi
& nummi bibales, ſecundum mores nonnullum locorum
ſtituere, præcisè eſt obligatus, Gail. *l. 2. obſ. 19. n. 9.* Reinking. *quæſt*
*n. 6.* (4) debet ſibi & in ſuam utilitatem, non verò dolosè in extra
commodum retrahere, aliàs enim, ſi de eo conſanguineus fuerit co
victus, jus ſuum, quod habuit, amittit, vel ſi præſumtiones con
eum adſint, juramento ſe purgare tenetur, *art. 67.* §. 5. 6. 7. Dn. Ric
ter. *dec. 76. n. 174.* atque id (5) in judicio & intra legitimum temp
fieri debet, quod eſt à die notitiæ, in Jure Dithmarſico, ſi is, qui h
privilegio gaudet, præſens eſt, tempus ſex ſeptimanarum: ſi eſt abſe
& extra Dithmarſiam, annus & dies. *Iur. Dithm. art. 67.* §. 4. *art. 68. in*
§. 5. 6. 7. Secundum mores verò, per univerſam fermè Germani
communiter receptos, intra annum & diem retrahi debet, Gail. *l.*
*obſ. 19 n. 14.* Reineking. *de jur. ret. quæſt. 7.* id quod etiam Jus S
xonicum ſequitur, uti vult Carpzov. *in Iuriſp. for. part. 2. Co*
*32. def. 4.* alii tamen aliter ſentiunt. Nonnunquam proximior h
res & conſanguineus, venditionem ſibi quidem denunciatam eſſe, a
rit, ſed conqueritur dolo & fraude contrahentium verum rei preti
adeò eſſe auctum atque flagellatum, ut coactus fuerit, à contractu
cedere, quo caſu dolus, quia non præſumitur, ab affirmante conſ
guineo probandus erit. Quod ſi is in probatione deficiat, vendi
& emtor à fraudis ſuſpicione juramento ſe purgent, neceſſe eſt. *a*
*67. init.* §. 1. 2 quô facto, conſanguineus adhuc pretium conventum
ſolutum emtori reſtituere, & rem retrahere, eſt obligatus, *d. art. 67.* §

XIX.

Secundus effectus emtionis venditionis, tàm Jure Dithma
co, quam Civili, in eo conſiſtit, ut venditor emtori evictionem pr
ſtet, die Gewehrſchafft leiſte / quod ſi enim res aliena fuerit vendi
& v

& verus Dominus ab emtore, rem ſuam Jure Dithmarſico ſi eſt mo-
bilis; intra annum & diem à tempore venditionis factæ, ſi immobi-
lis; intra decem vel viginti annos, evincere velit, *Iur. Dithm.*
*art. 74. init. §. 1. & 2. jung. art. 89. §. 1. & 2.* Emtor maturè vendito-
ri denunciet, ſibi dictatum eſſe judicium, *l. 29. §. ult. ff. de Evict. l.*
*C. eod.* quæ tamen denunciatio ita fieri debet, ut non ſolùm lis mot
ſignificetur, ſed ſimul venditor interpelletur, ut emtori adſiſtat, cau
ſamque inſtruat. *l. 21. l. 23. C. de evict.* Quo facto, venditor utroqu
Jure Civili & Dithmarſico eſt obſtrictus, non quidem ad totam liter
in ſe transferendam *l. 21. C. de evict.* nam ad id ne volens quidem invit
actore admittitur *l. 60. §. 2. ff. de evict.* ſed ad emtorem ſolùm contr
evincentem defendendum. *l. 21. C. de Evict. art. 74. §. 1. 2. 3.* & ſi po
ſtea res ſententia Judicis & ſubſecuta executione, verè evincatur, &
adimatur emtori. *l. 16. §. 1. ff. de evict.* autor ſive venditor, quia res o
eum finem ab emtore comparata eſt, ut ſuam indigentiam eâ ſuble
vare, & pro lubitu in uſum ſuum convertere velit, non tantùm a
ipſius pretii, verùm etiam intereſſe, expenſarum litium, quin & alio
rum ſumtuum, quos emtor in re evictâ neceſſariò fecit, nec ab evin
cente conſecutus eſt, reſtitutionem eſt obſtrictus, *l. 6. l. 9. l. 18. l. 2*
*Cod. de evict. l. 51. princ. verb. fin. ff. hic.* Dn. Frantzk. *ad tit. de evict. n. 91*
*& seqq.* Perez. *in C. de evict. n. 12.*

XX.

Tertius Effectus emtionis venditionis, cujus in Jure Dithmar
ſico fit mentio, in eo ſitus eſt, ut emtor rei venditæ periculum tum
demum in ſe ſuſcipiat, quando ipſi tradita vel aſſignata fuerit, adeò, u
licet poſtea vel incendio, vel aquæ impetu pereat, vel à latronibus au
furto fuerit ablata, venditor nihilominus pretium nondum ſolutum
exigere, id verò quod jam ſolutum eſt, retinere poſſit, *art. 78. Iur Dithm*
Jure autem Civili ſtatim à tempore emtionis venditionis perfecta
periculum rei ad emtorem pertinet, licet nulla traditio vel aſſi
gnatio facta fuerit, modò venditor non ſit in morâ tradendi nequ
dolus vel culpa ipſius intervenerit, quæ caſui fortuito dedit cauſam
neque etiam cuſtodia rei uſque ad traditionem in ſe ſuſceperit. *§.*
*Inſtit. de Emt. & vend. l. 34. §. 4. de contrah. emt. l. 23. ff. de Reg. Iu*
tùm quod venditor in contractu emtionis venditionis tantùm latan
& levem culpam, quia in utriuſque contrahentis utilitatem vergit, pr
ſtet *l. 5. §. 3. ff. commod. l. 23. ff. de Reg. Iur.* tum quod venditor ad r

venditæ traditionem tantum ſit obligatus, & ſic eſt debitor ſpeciei; igitur re caſu exſtinctâ, quia ad nullam aliam rem præſtandam eſt ſtrictus, liberatur ab obligatione, *arg. l. 23. ff. de V. O.* tùm deni quia, licet ante traditionem emtor verum rei dominium Jure ( non conſequatur, tamen quovis tempore traditionem rei à vendi exigere poteſt, & ſic quaſi in morâ rei accipiendæ conſtituitur, adeo ſuæ negligentiæ adſcribat, ſi quid adverſi intereà in re venditâ accid

XXI.

Quia contractus permutationis, Germanicè ein Tau ſive ſecundum idioma Dithmarſicum de Bütenſchop / maximam nitatem habet, cum contractu emtionis-venditionis, ideò a quam in Jure Dithmarſico de reliquis contractibus conſenſual agitur, hicce interſeritur, & quidem, quod perſonas attinet, c bet eſt permiſſum, res ſuas permutare, modò liberam rerum ſua adminiſtrationem habeat. Res verò, quæ Jure Dithmarſico mutari poſſunt, tantum ſunt mobiles, *Iur. Dithm. art. 77. init.* verò Civili res quælibet, ſive mobiles, ſive immobiles, modo ſint priæ, quia vendi poſſunt, permutationem etiam admittunt, *l. 1. §. de permut.* Illa porrò ſimilitudo, quæ intra hunc emtionis venditi contractum, utroque Jure, Civili & Dithmarſico, intercedit, po mum in ſequentibus conſiſtit: (1) quemadmodum in Emtione-ven one, ita & in hoc contractu evictio præſtanda eſt, *l. 1. §. 1. ff. de per l. 1. C. eod. l. 29. C. de evict. Iur. Dithm. art. 77. §. 1.* (2) quemadmo Emtio-venditio, ita & hic contractus propter læſionem, ultra dimid in pretio factam, reſcinditur, *Iur. Dithm. art. 77. §. 2. vid.* Brunnnem *l. 2. C. de reſcind. vendit.* (3) Si res vitioſa permutatur, uti in Emtic venditione, ita & in hoc permutationis contractu actio redhibit locum habet, arg. *l. ult. ff. de permut. Iur. Dithm. art. 77. §. 3.*

XXII.

Secundus contractus conſenſualis, de quo Jure Dithmarſico tur, eſt locatio conductio, quæ etiam proxima eſt emtioni-venditi iiſdemque Juris regulis conſiſtit, nam ut Emtio venditio ita contraha ſi de pretio convenerit, ſic & locatio & conductio contrahi intelligi ſi de mercede convenerit, *init. Inſt. de loc. & cond l. 2. init. & §. 1. ff. locat. c* Cùm vero vel rem noſtram vel operam certâ mercede, alteri locer ideò duplex quaſi ſpecies locationis invenitur, alia rerum; alia op rum; de locatione rerum primum agemus, inſiſtentes viæ quam

D

Dithmarſicum nobis monſtrat. Et quia in hoc contractu, qui eſt διπλευρος, & ab utraque parte obligatorius, Jus Dithmarſicum utriusque contrahentis obligationem præcipuè conſiderat, noſtrum etiam erit, eandem tantum perluſtrare. Altera autem perſona eſt locator, quæ uſum ſuæ rei ad tempus, pro certâ mercede, alteri locat; altera eſt conductor, quæ rei alienæ uſum pro certâ mercede conducit. Primùm igitur de obligatione locatoris aliquid addendum erit, hic igitur (1) conductorem, durante conductionis tempore, ex re locatâ expellere nequit, *Jur. Dithm. art. 78. init.* & ſi forſan intra conductionis tempora moriatur, hæredes ejus utroq; Jure, Civili & Dithmarſico, cœptū locationis contractum continuare, obſtricti ſunt, *l. 19 §. 8 ff. locat. cond. Juris Dith. art. 78 §. 2.* Interdum tamen ante finitum locationis tempus conductor ex re locatâ utroque Jure Civili & & Dithmarſico expelli poteſt, & (1) quidem ſi conductor intra tempus definitum, vel etiam Jure Civili, quando certum tempus ſolutioni non eſt præfixum, intra biennium penſionem haud perſolvat, *l. 54. §. 1. ff. locat cond. l. 56. ff. eod. l. 3. C. locat. cond. Jur. Dith. art. 79. init.* non tamen privatâ autoritate ejuſmodi moroſum conductorem expellere licet, ſed causâ cognita Judicis mandato id fiat, neceſſe eſt, *arg. l. 17. 6. ff. de R. J. vid.* Dn. Hahnius *ad tit. locat. cond. n. 5.* (2) Si ipſe Dominus re locatâ ad proprios uſus indigeat, *l. 3. C. loc. cond. I. D. art. 79. §. 3.* modò neceſſitas poſt contractum ſuperveniat, nec jam tum ante contractum adfuerit, videtur enim fraudulenter tum agere conductor. (3) Si locator rem locatam reficere vel corrigere velit, modò refectio ſit neceſſaria, *d. l. 3. C. locat. cond. jung. l. 30. ffh. I. D. art. 79. §. 2.* (4) Si conductor re malè utatur, domum vel ſylvam locatam devaſtando, vel ad inhoneſtos uſus re conductâ abutendo, *d. l. 3. C. locat cond. I. D. art. 79. §. 2.* (5) Si durante conductione locator ex juſta causâ alteri rem locatam vendat, emtor ſive ſit prædium ruſticum, ſ. urbanum conductorem expellere poteſt, nec tenetur ſervare & continuare contractum locationis-conductionis, quia is cum eo non fuit celebratus; & indè etiam ortum eſt tritum illud: Kauff geht vor miete / niſi aliter fuerit conventum, *l. 20. §. 1. ff. loc. cond. l. 9. C. eod. I. D. art 79. §. 1.* conductori tamen regreſſus & actio adverſus locatorem datur, quâ ſuum intereſſe, quod ante finitum locationis tempus expulſus fuerit, recuperare poteſt, *l. 25. §. 1. in fin. ff. loc. cond.* (11) Si fundus locatus intra tempus locationis evincatur, ita, ut conductor



re con-

re conductâ uti nequeat, evictio præſtanda eſt, & damnum à locat
utroque Jure, Civili & Dithmarſico, reſarciendum eſt, *l. 9. init ff. lo
cond. I. D art. 78. §. 1.* Quin hoc ſimul monendum eſt, ſi elapſo loc
onis tempore conductor adhuc in prædio ruſtico remaneat, idque loca
patiatur, videtur tacitè tàm locatoris, quàm conductoris conſenſu ut
que, Jure Civili & Dithmarſico in proximum annum reconductio
iſſe facta, *l. 13. § fin. l. 14. ff. locat. cond. l. 16. C. eod. I. D. art. 32. init.* Q
ſi autem conductor juſſus eſt emigrare, & ille dolo malo in re condu
adhuc commoratur, Magiſtratus ad implorationem locatoris fact
mandatum de emigrando, adverſus eum concedere ſolet: ita quid
ut doloſus conductor non tantum rem locatam reſtituere, verùm et
iſtius rei pretium inſtar pœnæ perſolvere, Jure Dithmarſico, ſit obl
tus, cujus dimidium locatori, alterum dimidiũ fiſco cædit, *I. D. art. 81.*

XXIII.

Quod autem conductoris perſonam attinet, ille (1) mercec
promiſſam, tempore & loco convento, perſolvere tenetur, (2) om
ipſius bona in prædium urbanum invecta pro annuâ penſione, u
que Jure, Civili & Dithmarſico, tacitè ſint oppignorata *l. 4. ff. in q
pig. vel hypoth. tac. cont. l. 4. init. ff. de pact. I. D. art. 78. §. 3.* (3) Si con
ctor penſione nondum ſolutâ ex ædibus locatoris emigrare velit,
cator jure retentionis uti, & res invectas tamdiu jure tam Civili, qu
Dithmarſico retinere poteſt, donec penſio ſolvatur, *l. 34. ff. de da
inf. l. pen in quib. pig. vel hypoth. tac. cont. I. D. art. 78. §. 4.* Carpz. *in
riſp. for. p. 2. conſt. 25. def. 20.* Quia tamen merces promittitur ob uſ
ideò, ſi rei locatæ uſus caſu fortuito, uti tempeſtate calamitoſâ,
vi hoſtili intervertatur, locator aut integram, aut partem penſioni
Judicis arbitrio conductori, utroque Jure Civili & Dithmarſico, rem
tere debet, *l. 15. §. 2. ff loc. cond. l. 8. C. eod. cap. ſterilitatem 3. ext. hoc
I. D. art. 80. init.* niſi ſterilitas præſentis anni ubertate præcedentiu
compenſetur, *l. 15. § 4 ff. loc. cond. l. 8. C. eod. I. D. art. 80. §. 1.* Q
demum caſum fortuitum attinet, utroque Jure Civili & Dithm. in
res conductoris & locatoris proprias, diſtinguendum eſt, *arg. l. 23. f
R. I. l. 5. §. 4. l. 18. ff commod.* Quoniam igitur uterque contrahens
propriam utilitatem hunc contractum init, & rei ſuæ dominium r
net, ideò periculum in re propriâ caſu fortuito datum, ad utrum
contrahentem & Dominum pertinet, ita, ut ſi res in quibus caſu

mr

mnum datur, ſint conductoris. v. g. ſupellex in fundum conductum illata, fructus collecti & in horreum reconditi, incendio conſumantur, ad eum; ſin locatoris, ad hunc ſpectare debeat, *l. 1. & 12. l. 15. §. 2. & 3. ff. loc. cond. l. 28. C. loc. cond. I. D. art. 82 init.* modò in re locatâ dolo vel culpâ latâ & levi conductoris damnum non fuerit datum, quod locatori à conductore reſarciendum eſt. *arg. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de R. I. I. D. art. 82. §. 1.*

## XXIV.

Tranſgrediendum eſt ad operarum locationem, & quia tribus tantum verbis in Jure Dithmarſico de eâ agitur, noſtræ etiam partes erunt paucis tantùm eam tangere. Quando igitur locatione-conductione operarum factâ, conductor operarum fidem datam frangere, nec contractum initum ſervare velit, Jure Dithm. dimidiam mercedis promiſſæ; Jure verò Civili, integram mercedem locatori perſolvere, eſt obligatus, præcipuè, ſi locator paratus eſt ad eas præſtandas, & ſic per eum non ſtat, quô minus contractus impleatur, *l. 19. §. 9. & 10. l. 38. init. ff. loc. cond. jung l. 161. ff. de R. I. I. D. art. 83. init.* niſi aliis ſuam operam contulit, & ſic mercedem promiſſam jam tùm conſecutus eſt, *d. l. 19. §. 9. & 10. ff. loc. cond. jung. l. 4. de Aſſeſſor.* Quod ſi porrò conductor operarum, domeſticos ſuos, ſive ſint ancillæ, ſive famuli, furti accuſare velit, id ipſi Jure Dithm. tamdiu permiſſum eſt, quamdiu illæ perſonæ conſtituunt membra familiæ ſuæ, vel intra proximum octiduum, ex quo ab eo fuerint dimiſſæ, *I. D. art. 83.* §. 1. Jure verò Civili, quia inter Dominum, & qui in poteſtate ejus eſt, nulla obligatio naſcebatur, §. *6. Inſt. de nox. act.* furta ejuſmodi domeſtica, neque civiliter, neque criminaliter vindicabantur, ſed domini privatâ autoritate ſervos ſuos caſtigare poterant, *§. 12. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. l. 17. ff. de furt. l. 11. §. 1. ff. de pœnis.* Hodiè ex univerſali conſuetudine, ejuſmodi fures domeſtici pœnâ etiam furti ordinaria, pro ratione circumſtantiarum affici ſolent, Julius Clarus *l. 5. ſentent. § furtum n. 22.* Carpz. *prax. crim. n. 55.* tùm, quia gravius peccat domeſticus, ſi fidem frangit, tùm, quia ejuſmodi furtum non facilè caveri ac evitari poteſt.

## XXV.

Tertius contractus conſenſualis, de quo in Jure Dithmarſico agitur, eſt ſocietas, die Maßcopey Geſelſchafft / fundamentum hic contractus habet in amicitiâ utili, quia inter ejuſmodi perſonas ini-

tur, quæ ſibi quidem benè volunt, nec odio proſequuntur, ſoli
men lucri & utilitatis gratia, eam inſtituunt; indè etiam elegan
citur, in ſe habere jus quodammodo fraternitatis *l. 63. init.*
*ſoc.* Deducuntur autem in ſocietatem non ſolùm res & pe
verùm etiam operæ modò ſint licitæ, *l. 57. ff. pro ſocio.* propterea
non tantum ex rebus & pecuniâ, verùm etiam operis in ſocios pot
dundare utilitas; in ſocietate autem ineundâ, contrahentes, aut i
convenerunt de partibus lucri dividundis, aut nullam ejuſmodi co
tionem inierunt. Poſteriori caſu ſi æqualem pecuniæ ſummam, v
ram contulerunt, lucrum æqualiter dividendum erit, ſi inæqualis
collatio facta, pro ratâ quiſque ſociorum lucri partem nanciſcetu
*Inſt. de ſociet. l. 29. princ. ff. eod. I. D. art. 84 init.* idque ſecundum pr
onem Geometricam, non verò Arithmeticam, uti nonnulli per
volunt, videatur Ariſt. *l. 8. Ethic. c. ult.* ἐν χρήματων κοινονίᾳ πλείω
νυσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλείω. *i. e. in communione ſ. ſocietate pecuniarum*
*cipiunt, qui plus conferunt, & VII. Eudem. 10.* εἰ δ' μή (Ἴσον εἰσήνεγκαν ἀ
ἀνάλογον (διαλαμβάνουσι) *h. e. ſi non æquale (ſc. argentum illatum i*
*tatem fuerit) ſecundum proportionem participant ſocii.* Aut ſocii conv
nem inierunt, quomodo lucrum dividi debeat, & illa ſervanda eſt, licet uni plu
alteri fuerit attributum, neque æquales lucri partes, obſervatæ ſint; §. 1. & 2
*ſoc. l. 29. ff. eod. I. D. art. 84.* modò pactum ejuſmodi non ſit contra eſſentia
tatis, ita, ut unus tantùm lucrum, alter ſolum damnum participet, ad om
debet lucrum pertinere: hujuſmodi igitur pactum ipſo jure eſt nullum, & ſoc
in Iure noſtro, eleganter Leonina appellatur, *l. 29. §. 2. ff. pro ſoc.* à Leone i
qui ejuſmodi ſocietatem cum reliquis animantibus aliquando iniviſſe, in fabul
commemoratur. Quia porrò in ſocietate non ſempe lucrum adeſt, verù
damnum invenitur, ſocii eandem partem, quam in dividendo lucro, etiam in
ſuſcipiendis utroque Iure Civili & Dithm. ſervabunt, niſi expreſsè aliter co
fuerit §. 3. *Inſt. de ſociet. I. D. art. 84. §. 1.* Quin & in eo videtur convenire
que jus, quod ſocius ſocio damnum, dolo, latâ & levi culpâ non verò leviſſima
præſtare debeat, hic enim contractus utriuſque contrahentis gratiâ initur, &
hens negligentiæ ſuæ imputare debet, quod parum diligentem ſocium ſibi
rit *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 72. ff. pro ſocio ſocio. l. 72 §. 1. ff. eod. I. D. art.*
Ne autem præſentes theſes diſputationis modum excedere videantur, hic p
go, & quæ ſecundum juris Dithmarſici ductum, de aliis materiis, præcipuè
tis tàm publicis quam privatis, adhuc dicenda eſſent, in aliud forſan tempu

Tu, interim, B. L. ſphalmata, quæ irrepſére, ſic ſatis magna & multa, cu
charta me receptui canere jubeat, ipſe pro tuâ humanitate, corriges.

Immortalis ſit immortali Deo Gratia!

*F I N I S.*